18.a 8
3

A
14
13

S.to evangelista

N.º 1
15-272

del Collegio de la Comp.a de Jesus de granada B
B-5338

COMMENTARII IN QVINQVE VOCES PORPHIrij autore Gaſparo Cardillo Villalpandeo Segobienſi: eloquentiæ & liberalium artium Compluti profeſſore, & collega diui Illephonſi.

Ad illuſtrem admodum virum D. Diegum Abulam abbatem Alcala regiæ.

Ieſus eſt ſpes mea.
Si quid mirabere, pones inuitus.
reddituro. Satis.

Compluti,
Ex officina Ioannis Brocarij.
1557.

Ad illuſtrem admodum virũ DOMINVM IACOBVM ABVLAM marchionis Nauarũ filium abbatem Alcala regiæ Patronum ſuum Gaſpari Cardilli Villalpandei Segobienſis in commentarios quinque vocum Porphyrij.

Præfacio.

*CVM Primam noſtri ingenij fœturam, hoc eſt,
introductionẽ in artẽ diſſerẽdi, ſub tuo nomine
in publicũ æderemus: illuſtris admodũ atq; ad-
modum generoſe Iacobe: quæ de Dialectica &
phyloſophia nõ exiguo olim labore cõmẽtaria
cõfeceramus, promiſſimus tibi, breui nos in lucẽ daturos. Hacte
nus tamen à me ceſſatum eſt, non tam quòd admodum eſſem ſo-
licitus, quo animo mea iſta ſcripta eſſent excipiẽda: quàm quòd
nõ ſatis intelligerem, qua ratione inter tot curas, & tam varias
occupationes, ocium mihi poſſet ſuppetere, ad expoliendum, at-
que ædendum, in lucem noſtras lucubraciones. Scis enim orna-
tiſſimè Iacobe: quàm ſit exignum illud tempus, quod ſupereſt no
bis, ab eo munere quod ſuſtinemus, publicè interpretandi Ariſto
telem. à Priuatis ſacrarum literarum ſtudijs. à publicis in theolo
gia concertationibus: quas more atque ſolemni ampliſſimi huius
gymnaſij inſtituto habere frequenter cogimur. à cõcionibus præ
terea, quas nos habere interdum ſolemus, ne dum per ocium va-
care ſummo huic negocio non licet, negligentia aut ignauia no-
ſtra,*

*ſtra, lingua, theologo ad prædicandum euangeliũ potiſſimũ con
ceſſa, torpeat: mẽs hebetetur: atque vbi opus ſit nõ ſatis poſſit ſuũ
officium facere. Rurſum etiam à negotijs curiſque domeſticis.
Poſtremo verò à colloquijs & familiaribus ſermonibus amico-
rum. quos ego non tam alieno malo, quàm meo, didici pernicio-
ſiſſimos fures eſſe temporis. ne tamen quiſpiam plura me tibi pol-
licitum putaret quàm præſtare valeam, aut datam tibi fidẽ fre-
giſſe, quod ego ſanè acerbiſſimè ferrem: dedi operam ſedulo inte
rim dum aliud nihil poſſum, vt commentarij noſtri in quinq; vo
ces porphyrij, exigua admodum pars meorum laborum, in homi
num conſpectum reuocarentur. qui & ſtudioſorum animos ex-
plorarent: atque eorundem de noſtris ſcriptis ſententiam nobis re
ferrent: & meo nomine quæ reſtant pollicerentur, modo in hac
re noſtram diligentiam probi atque eruditi viri & bonarũ ar-
tium ſtudioſi non aſpernentur. Quoniam nos iſtorum Iudicium
requirimus: atque his tantum noſtra ſcripta probari cupimus.
Scio ego forè multos qui laborem meum in ſcribendo inanem at
que ſuperuacaneum eſſe putent, & quæ æmulari non poſſunt,
paſſim calumnientur, & reprehendant. Partim quòd in ſcriptis
meis horrendam illam linguæ barbariem, qua mirificè delectari
conſueuerunt. (vt ſus luto) non offendant. Partim quòd in eiſdẽ
non tam denſa copia inſit Sophyſticarum nugarum. quàm den-
ſa ineſt in quorundam ſcriptorum libris, quos iſti hactenus ha-
buerunt in delicijs. partim quòd methodum, ideſt viam & ratio
nem tractandi ſingula, non omnino videamur contempſiſſe. Par
tim etiam quòd prætermiſſis nouicijs ſcriptoribus bonam partem*

A ij *iſtarum*

iſtarum rerum ab his autoribus cœperimus, quos qui noſtra ſcripta inſectantur, ne à limine quidem vnquam ſalutarunt. Non iſta fingimus (ornatiſsimè Iacobe) vera ſunt quæ narro. auſculta tantiſper infauſtas voces Sophiſtarum, planè comperies iſta de meis ſcriptis vulgo iactari. Sed quis eſt obſecro tam inops conſilij, tam anguſti animi, qui iſtorum hominum perditum iudicium reformidet, aut quem vnquam horum hominum, qui affectu potius & leuitate animi, quam ratione ducuntur tam aperta & vana calumnia ab incepto reuocabit? Ego ſanè cum iſtas de me, atque ſcriptis meis egregias calumnias ſpargi video magno opere me conſolor, atque in eam erigor ſpem, dignum eſſe laborem meum aliqua parte veræ ſincereq; laudis. Nos iſtis ingenijs non ſpiramus. habent ſuum cœnum in quo volutentur, habent ſuas nœnias in quibus integram vitam agant, habent denique ſuas delicias, barbariſsimos atque admodum ſordidos ſcriptores. illis oblectentur per me, nihil impedio. modo nos miſſos faciant. quòd ſi pergunt maledicere, & noſtra patientia diutius abuti volunt, efficiam proculdubio male facta vt noſcant ſua. verum enimuero quamquam intelligam planè, iſtorum corruptum de literis iudicium nihili faciendum eſſe, vbi apud me conſidero doctrinæ opinione, turba quoq; plurimum id genus homines apud imperitam multitudinem poſſe, coactus ſum patronum aliquem & defenſorem mihi parare, qui nobilitate generis, literarũ ornamentis, poſtremo autoritate ſua plurimũ valeret. Neque me multum iſta cura ſolicitum aut ſuſpẽſum tenere potuit. Subito enim ocurriſti tu mihi illuſtris Iacobe ad quem confugerem: cuius opẽ

implorarem:

implorarem: cui meum iſtum laborem omni alioqui præſidio deſtitutum conſecrarem. & qui velut alter Hercules ἀλεξίκακος *horrenda iſta monſtra mihi ſuperares. Nam in te vno cumulatè, atque copioſe exiſtunt, quæ in meorum ſcriptorum defenſore ſemper optaui.*

Quis eſt enim, Per deum immortalem, non modò apud Hiſpanos, ſed etiam apud exteras quaſq; nationes, qui cordubenſiũ atque abulenſium (vnde tu ortus es) vetuſtiſsimam atque ſplendidiſsimam gentem non norit, aut cuius animo virorum tuæ gentis præclara geſta, illuſtria facta non tam altè inſident, vt eorundem memoria nulla vnquam obliuione deleri queat? De quorum egregia atque inſigni laude virtutum, de amplitudine & mageſtate rerum ab his, domi, militiæque geſtarum, niſi me temporis anguſtia premeret, multa ſanè dicturus erã. Iam verò hæc ipſa ſatis clara atque magnifica per ſe tu quidem ſumma virtute tua, ingenio, ſtudio, literis, multò clariora reddidiſti. Si quidem paucis annis, compluti tam ſtrenuam operam liberalium artium ſtudijs impẽdiſti, vt magiſterij lauream magno omnium applauſu, atque acclamatione ſis conſequutus. & cunctis qui te cõpluti nouerunt admirabile ingenij tui ſpecimen præbueris. iſtud tuũ tam fœlix ingenium, tãtam iſtam gloriam literarum ſtudijs partam, tam inſignem prudentiam præſulis officium liberalitate cæſaris inuictiſsimi ſucceptum magno opere exornat. facitque nobis ingentem ſpem multò amplioris dignitatis, qua tu ſtrenuè, vt cœpiſti, laborando digniſsimus efficieris.

His omnibus quibus te deus opt. max. inſignibus ornamentis decorauit: proculdubio opus eſt, ornatiſsimè Iacobe, ad

conciliandam meis ſcriptis autoritatem & gratiam, ad prohibẽdum barbarorum incurſiones, ad repellendam Sophyſtarum temeritatem, atque inſolentiam. ad reprimendum perditorum hominum nefarios conatus. hanc ſi tu nobis opem præſentaneam attuleris non tantum mihi ſed plurimis etiam alijs viris ingenio atque literis claris ad ſcribendum Calcaria addes. academia præterea noſtra te autore plurimum capiet adiumenti ad bonas literas capeſſendas. ad quas nos, noſtris ſcriptis, aditum patefacimus leuitate atque audacia Sophyſtarum præcluſum.

Antonius Velaſcus Segobienſis
COLLEGA TRILINGVIS
ad lectorem.

Pierides quondam Graijs latuere ſub antris,
Ac tulit inſignes Attica terra viros.
Floruit excelſi princeps Heliconis Homerus,
Proximus huic vates floruit Heſiodus.
Diues in Aonijs viguit ſapientia campis,
Illic & ſedes, & domus ampla fuit.
Hactenus ingenuas quiſquis properabat ad artes,
Debuerat Græcos noſcere poſte typos.
Lumina virtutis Numen ſi cernere poſſent,
Protinus innumeros flecteret eius amor.
Non ſecus Argolicum ſi quis penetraſſet in orbem,
Heus Sophiæ quanto captus amore foret.
At quia Romano cecinit ſermone thalia,
Semper & Auſonia tyro quieuit humo,
Vnicus e noſtris Compluti nomine Gaſpar,
In latios voluit vertere Græca modos.
Quidquid vbique refert, Græcis e fontibus hauſit,
Porphyrij obſcuras exprimit ecce notas.
Complutum ſis grata tuo, ſis dulcis alumno,
Extera quem laudant, totus & orbis amat.
Si vetus Aonios commendat gloria vates,

Carminibus

Carminibus nugas qui cecinere ſuis
Cur non Cardillum populus ſibi iactat Iberus,
Qui dulces Graia promit ab arte ſonos.
Pandit Ariſtotelis, pandit monumenta Platonis,
Fœlici ingenio natus & arte potens.
Cuius ab ore melos mentes dimanat in omnes,
Egregium numeris omnibus eſſe putes.
Hortatur iuuenes vt Graca volumina verſent,
Nempe quibus Logicum tutius æquor erit.
Plaudere ne dubites operi tu candide lector,
Et bis funde, precor, terq; quaterq; σοφοσ.
Sit mihi nulla fides Encomia ſumma canenti,
Scilicet vt fructus experiare, leges.

Commentarii in quinque VOCES PORPHIRII GASparo Cardillo Villalpandeo Segobienſi Authore.

¶ *Quæſtio prima.*

Quod nam philoſophorum genus in explicatione quinque vocum Porphirius imitetur.

VETVS conſuetudo eſt eorum qui cuiuſpiam operis enarrationem aggrediuntur, ea expoſitionis initio dicere, quæ veluti manu ducãt, in eius, quæ traditur, doctrinæ cognitionem. Eos in hoc imitantur, qui cũ inuia loca, longaque itinera viæ ignari metiri volunt, præmittunt, qui proculdubio monſtrare viam poſſint, quorum in præſentia nos rationem ſequuti ea præmittemus, quæ lucem intellexerimus cæteris allatura. Verum cum magna huius negotij pars ſit, compertum habere quam rationem ſequutus ſit author, in explicanda doctrina, quam nobis exponere eſt animus, conſentaneum mihi viſum eſt, initio dicere, quod nã philoſophandi genus Porphirius, cuius quinque voces explicare volumus, ſit ſequutus. Hoc enim ſi conſtiterit, compendio magnis laboribus liberabimur. Et quidem cum multa, variaq; genera philoſophorũ apud veteres in prætio fuerint, differendi ratio poſtulare videtur, vt eadem ipſa initio recenſeamus. Philoſophandi ergo genera ſeptem olim fuiſſe legimus: Quorum ſingula peculiari quadam ratione nomen ſortita ſunt. Nam aut à principe nomen ſumptum eſt. Vt Pythagoricum, & Platonicum à Pythagora & Platone philoſophici huius inſtituti principibus. Aut à principis patria, vt Megaricũ, & Cyrenaicum, à Megaris, & Cyrene, in quibus & Ariſtippus, &

Septẽ philoſophorũ genera.
A principe.
A patria.

Euclides

A loco. Cicero in academicis. A vitæ inſtituto. A fine ab accidēti. Ad quatuor omnia referuntur.

Euclides nati ſunt. Aut a loco in quo diſcipuli inſtituebantur, vt academicum & ſtoicum, ab ſtoa porticu, & academia, qui locus publicus erat Athenis, atque vnum etribus gymnaſijs. Aut à iudicio in philoſophando, vt Hinnibitorium, Aut a vitæ inſtituto, vt Cynicum. Aut à philoſophiæ fine, vt voluptuarium, Et tandē ab accidenti: vt peripateticum. Hæc tamen omnia, & quotquot fuerint alia genera philoſophorum, (nam de numero non ſatis inter ſcriptores cōuenit) in quatuor potiſsima à quibuſdam transferuntur. Ea ſunt Stoicum, Cynicum, Peripateticum, Epicureum: quorum ſingula vnde ita vocata ſint, quòd ſperem, ita rem facilius præſtiturum paucis attingam.

Stoicum.

Primum quidem Stoicum, aut hinnibitorium (nam eòdē pertinet vtrumq;) ſic appellatum eſt quòd eius princeps pyrrhus, & qui ſubſequutus eſt Eraclitus, de omnibus hæſitarent. Arbitrantes enim rerum omnium naturam fragilem, caducā, atque in cōtinuo motu poſitam, nullam de rebus haberi poſſe certitudinem exiſtimauerunt. Nam vt fieri non poteſt, vt bis quiſpiam eundem fluuium ingrediatur, quia aqua aquæ ſemper ſuccedit, vndaq; pellit vndam, Ita quoque cum natura frequentiſsimas patiatur mutationes, atque vices, abſurdum erit (inquiunt) de rebus quidpiā pronunciare. Quod Ariſtoteles in libris primæ philoſophiæ his verbis retulit. Cum omnem quidem hanc naturam motum ſubire cernerent (loquitur autem de Stoicis). De eo autē quod mutatur, nihil vere dici videntes, Circa id quod omni ex parte mutatur, nihil vere dici putabant. Ex hac exiſtimatione illa opinio pullulauit, quā Hæracliti ſequaces, & cratillus habebat. Qui nihil affirmari oportere arbitrabatur: ſed digitum ſolum mouebat, atque Hæraclytum increpabat, quòd diceret fieri non poſſe, vt bis quiſpiā eundem fluuium ingrederetur. Ipſe namq; ne ſemel quidem putabat. Hoc idem Cicero in quæſtionibus academicis arceſilæ, Democrito, Anaxagoræ, atque Empedocli tribuit. Quoniam cùm anguſti ſint ſenſus hominum. Animi imbecilli, vrebia vitæ curricula. Atque in profundo veritas demerſa, neceſſe eſt opinionibus teneri

omnia

omnia. Nihilq; loci veritati relimqui.

Cynicum

Cynici, hoc eſt canini philoſophi appellati ſunt propter mordendi licentiam, atque omnium vitijs adlatrandi audatiam. Vt enim canis ignotis latrat. Familiaribus, atque domeſticis blanditur, ita id genus philoſophi, cum vnius virtutis cultum profiterentur atque in eius ſtudio maximè (vt ſibi perſuadebant) laborarent virtuti deditos miſere diligebant. Animi verò flagitia odio implacabili proſequebantur. quamquam non deſunt grauiſsimi homines, quorum ſententia mihi non improbatur, qui ferant cynicos vocatos hos philoſophos, quoniam canum inuerecundiam moribus atque vita expreſerunt inter quos vir alioqui doctiſsimus lactantius firmianus referri poteſt, qui lib. III. cap. XV. inſtitut. diuinarum de huiuſmodi philoſophis ita loquitur. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo cùm coniugibus coire mos fuit? Quid mirum, ſi a canibus, quorum vitam imitantur,) etiam vocabulum, nomenque traxerint? Nam, quod quidam ferunt Cynicos à gymnaſio quodam, quod Cynoſarges vocaretur, in quo pueri nothi, atque exterarum ciuitatum inſtituebantur, appellationem cœpiſſe, longè quidem à veritate alienum magni nominis ſcriptores putāt.

Epicureū

Torquatus apud Ciceronē lib. 1. de finibus

Laurentius Valla de dogmatibus Epicureorum.

In epiſt.

Tertium philoſophiandi inſtitutum Epicureum, ſiue voluptarium appellauit antiquitas, quod mordicus teneret humanæ vitæ ſcopum, quo vniuerſi hominum conatus referantur eſſe voluptatem, non eam ſane, quæ ex virtute capitur, aut ex pulcherrimarum rerum contemplatione ortum habet, neque eam quàm paritanimi tranquilitas (licet quidam primarij in litteris homines ita ſenſerint, ac libris in vulgus æditis tueantur, atque defendant) ſed eam potius, quæ tenuibus in rebus & facile corruituris ſita eſt: quemadmodum clariſsimi philoſophi nobis tradiderunt. Nam præterquam quod horatius optimus morum magiſter ſe pinguem, ac nitidum & bene curata cute Epicureum porcum appellat, Cicero, qui philoſophorum omnium dogmata apprime calluit, vt eius ingenij monumenta teſtantur, multis in locis horum philoſophorum ſententiam labefactans, atque infringens, eam

 ad corpo-

ad corporis voluptates transſert. Qui poteſt enim (inquit offitiorum. III. aduerſus Epicurum diſſerens) temperantiam laudare is, qui ponat ſummum bonum in voluptate? Eſt enim temperantia libidinum inimica, libidines autem conſectatrices voluptatis: vt taceam omnium ferè gentium conſenſu, veluti in prouerbium abijſſe, vt qui libidinibus ſunt dediti, Epicurei dicantur. Quod ſi ne hæc quidẽ ſatis ſunt tacitis Epicuri ſectatoribus (quos vtinam noſtra ætas non haberet plurimos) vt deſinãt poſt hac fœdiſsimi hominis non verbis tantum, ſed quod longe magis pernicioſum eſt, vita atque moribus partes agere: audiant de ea re elegantiſsime his verbis diſputantem ſummum in dicendo virum Lactantium firmianum. Archipyrata quiſpiam, aut latronum ductor, ſi ſuos adgraſſandũ cohortetur, quo alio ſermone vti poteſt, quàm vt eadem dicat, quæ dicit Epicurus. deos nihil curare, non ira, non gratia tangi, inferorum pœnas non eſſe metuendas, quòd animæ vná cum corpore intereant, nec præterea vlli ſint inferi, voluptatem ſummum eſſe bonum, nullam eſſe humanam ſocietatem, ſibi quemq; conſulere, neminem eſſe, qui alterum diligat, niſi ſui cauſa, ac demum concludens orationem, inquit, eſt planè cur quiſpiã putet, hanc vocem eſſe ſapientis, quæ poteſt aptiſsime latronibus accommodari: hæc vero epicureorum doctrina, quæ planè eadem eſt quæ Cyrenaicorum cuius author atque inuentor fuit Ariſtippus Cyreneſis, quid mirum eſt, Si execrabilis & pudenda ſit cum non in corde philoſophi, Sed in ſinu Laidis meretricis ſit nata vt Lactantius refert. C. XV. lib. III. inſt.

peripateticum.

Peripatetici tandem vocati ſunt, quod eorum princeps, & præceptor Ariſtoteles ſoleret ambulando philoſophiam profiteri, nã vita defuncto Platone, platonici in duas claſſes abierunt, nominibus tantum non rebus differentes. Nam platonis authoritate, vt inquit Cicero, vna, & conſentiens duobus vocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt: academicorum, & peripatèticorum, qui rebus congruentes nominibus differebant. Nam, cum Pſeuſippum ſororis filium Plato philoſophiæ quaſi hæredem reliquiſſet, duos præ-

Academicarũ editione ſecũda.

terea præſtantiſsimos ſtudio, atque doctrina viros, Xenocratem Calcedonium, & Ariſtotelem Stagiritem, qui erant cùm Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant ambulãdo in lycio: qui, vti cæperat Plato, in academia, quod eſt alterum gymnaſium cœtus erant, & ſermones habere ſoliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt: ergo peripatetici ab accidenti ita nominati ſunt, cùm re ipſa cum his, qui academici dicebantur, conſentirent. Hi tamẽ omnes philoſophorum greges ab vno Socrate, tanquam è iouis cerebro Minerua, profecti ſunt. Is enim, qua erat probitate, atque animi modeſtia, ne quid ſibi arrogare videretur, dubitationem de rebus omnibus, nulla prorſus affirmatione adhibita, poſteris hominibus reliquit, ponere enim iubebat; (vti Cicero refert) de quo diſcipuli, atque auditores diſputari vellent, coniectiſque in contrariã partem probabilibus rationibus, iubebat eam quemque partem tueri, atque defendere, in quam viderentur probabiliora argumenta eſſe coniecta. Vnde effectum eſt, vt ex ipſa diſputandi conſuetudine, Et rationũ varietate, varia quoque efficerentur philoſophorum genera. Quod Cicero plane ſignificat his verbis. Socrates primus philoſophiam deuocauit è cœlo, Et in vrbibus collocauit, in domos etiam introduxit, & coegit de vita, & moribus, rebuſq; bonis, & malis quærere. Cuius multiplèx ratio diſputandi, rerumq; varietas, atque ingenij magnitudo, Platonis memoriã & litteris conſecrata plura genera effecit diſſentientium philoſophorum. Cũ ergo tot fuerint olim philoſophorum genera, quot à nobis ſuperius relata ſunt, Porphirius cuius voces interpretamur peripateticorũ inſtitutum, & viuendi rationem, maximè verò Platonicorum, ſequutus eſt. Id quod ipſe multis locis apertiſsimè teſtatur. Preſertim verò in eò opere, quod interrogationum inſcribitur. Cui præterea accedit antiquorum philoſophorum Porphirij æqualium conſenſus. In primis verò Plotini, quẽ Porphirius præceptorem agnoſcit. Plane autem conſtat, ex ſchola Plotonis Platinum prodijſſe. At licet Platonis philoſophandi inſtitutum in primis coluerit, diligentiſsime quidem verſatus eſt in Ariſtotelis ſcriptis. Cuius rei

A Socrate omnis philoſophia orta eſt, maximè verò moralis.

Porphi. Platoni.

 locupletes

locupletes admodum teſtes ſunt æditi in Ariſtotelem commentarij. Quod ſi quando Platonis dogmata inſerũtur, illa ſunt quidem Ariſtotelicis admodum conſentanea. Documenta tamen ferme omnia Porphirius e ſontibus Ariſtoteleorum hauſit. Quos in iſtarum Vocum præfatione pollicetur ſe imitaturum, cum inquit. Quemadmodum verò de his cæteriſque propoſitis magis differendi modo veteres, horúmque maximè peripatetici tractauere, recenſere nunc, atque oſtendere tibi conabor. Potiſſimam tamen horum omnium partem ex libris topicorum veluti præcario accepit, quod nos cùm quinque voces exponemus, monſtrare curabimus.

¶ Secunda Quæſtio.

¶ Vtrum dialectica philoſophiæ inſtrumentum ſit an potius pars.

SVPERIORI dubitationi proxima ea quæſtio eſt, vtrum dialectica, ad quam quinque vocum Porphirianarum cognitio pertinet, philoſophiæ inſtrumentum ſit, an potius pars. Quam quidem quæſtionem explicare in præſentia mihi viſum eſt, non modo quod ad cognitionem quinque vocum comparandam aliquomodo conducat, ſed quod intelligam neoteoricos homines, qui de dialectica ſcripſerunt, eiuſdem tractationem omnino prætermiſiſſe. Quæ eſt vniuerſo penè dialectico negocio admodum vtilis. Et quidem in quo ab his ſcriptoribus peccatum eſt, plus, quam æquum erat, antiqui philoſophi ſunt occupati. Nos autem modum obſeruantes, quid in ea quæſtione potiſſimum ſit, pro viribus oſtendemus.

Stoicorũ opinio ꝙ dialectica ſit philoſophiæ pars.

1. ratio.

Principio ſtoici philoſophi dialecticticam partem eſſe philoſophiæ putauerunt, diuidunt enim illi in tres partes ipſam philoſophiam. In vnam partem naturæ. Secundam de moribus tertiam de dialectica Ea ratione perſuaſi, quòd intelligant has omnes partes aliquod adferre hominibus præſidium ad benè, & beatè viuendum.

dum. Quod, cùm in philoſophia de moribus planè conſtet, Tota ſiquidē in eo occupata eſt vt hominē meliorē reddat. Et in philoſophia naturæ Themiſtius, atque Simplicius initio commentariorũ in phiſica, idipſum longo ſermone, accuratáque oratione doceant. In dialectica hoc idem ab his philoſophis ita monſtratur. ipſa ſiquidē dialectica medio Syllogiſmo docet, quæ verà falſa ve ſint. Quæ bona etiam, aut mala, Quo præſidio inſtructus quiſque poſſit bona, & verà perſequi, mala, atque falſa vitare.

2. ratio.

Nec contenti huiuſmodi perſuaſione: inſuper rationes adiecerunt, quarum prima ita explicatur. Quod alteri cõfert, aut pars eius eſt, ad quod refertur, aut inſtrumentum. Dialectica ad philoſophiam refertur, erit igitur aut eius pars, aut inſtrumentum. At non poteſt inſtrumentũ eſſe, eſt ergo pars, quod autem inſtrumentum non ſit, ſtoici ita perſuadent. Nulla ars efficit ſuum inſtrumentum. Cum ſit inſtrumētum arte prius. Eo enim artifex operatur. Atqui philoſophia dialecticã inuenit. Vulgo.n. philoſophia ars artiũ, & ſciētiarũ ſciētia nuncupatur. A quibuſdam verò omnium artium, atque ſcientiarum fœcunda procreatrix, dicitur, cuius rei haud dubiam fidem (vt iſti putãt) facere videtur ipſum philoſophiæ nomen. Appellatur enim philoſophia amor ſapientiæ, planè autem conſtat amorē ſcientiæ omnes artes, & diſciplinas excogitaſſe. Dialectica ergo philoſophiæ pars eſt, non inſtrumentum

3. ratio.

Accedit ad hoc, quòd, vt Alexander ſcribit, Dialectica ſtoicis eſt benedicendi ſcientia. Bene autē dicere, vt Plotinus inquit, libro de triplici reditu animæ, eſt verà, & conuenientia dicere. Quod peculiare quidem munus philoſophiæ eſt. Merito igitur, vt aiũt, dialectica philoſophiæ pars exiſtimabitur.

Plato modo partē. modo inſtrumētũ dialecticã facit.

Plato verò inter peripateticos & ſtoicos medius videtur eſſe. Nã interdum partem philoſophiæ eam eſſe affirmat. Interdum inſtrumentum. In phedro inſtrumentum eſſe ſignificare videtur, his verbis, aſſue fac teipſum, & exerce magis per eam, quæ videtur inutilis eſſe, & à multis garrulitas vocatur ne te veritas fugiat. Quibus verbis cùm dialecticã planè ſignificet, quã garrulita-

tem vocat, ſentire videtur non eſſe partem philoſophiæ nam alió qui Vniuerſam philoſophiam garrulam appellaret. Partium enim & totius idem iudicium eſt. Quòd ego minimè crediderim Platonem dicturum de ea diſciplina, quam ſummis laudibus non ſemel celebrat. Alijs vero locis videtur ſentire partem eſſe philoſophiæ. Et maximè in parmenide, cum ait. Magnæ quælibet artes exercitatione dialectica, contemplationéque ſublimium in natura rerũ indigent, ipſa enim mentis ſublimitas & vis efficax in qualibet re ex dialectica, tanquam ex fonte, proficiſcuntur. Idem quoque in philebo, cùm dialecticã appellat donũ dei, & dialecticum, vt deũ, colendũ præcipit. ariſtoteles vero cũ intelligeret per mediũ, viã eſſe tutiſſimam, mediam quoque ſententiam complexus eſt: nam neque partem philoſophiæ eandem facit. vt ſtoici, neque modo partẽ modò inſtrumentum, vt Plato, ſed inſtrumentũ dum taxat, quod quia plæriſque non ſatis arridet, conabor ſententiam meam, non mòdo Ariſtotelicis argumentis, verum etiam ſapientium hominum teſtimonijs corroborare, quod in omnibus cauſis (vt Cicero inquit) & debet, & ſolet Valere plurimum, præſertim ſi ab antiquitate repetantur, quæ quo propius aberat, ab ortu & diuina progenie eò verius, atque in corruptius de rebus iudicabat. in primis Ammonius in prologo prædicamentorum, Magentinus in prohemio libri de interpretatione, Alexander in topicis, atque, vt in ſumma dicã, antiqui penè omnes enarratores Ariſtotelis in hac ſunt hæreſi, atque opinione: ne tamen quiſpiam putet nullam nobis rationem ſupereſſe, qua, quod propoſitum eſt, conuincamus, libet altius repetita narratione (modò id boni, atque æqui conſulat lector) cuius gratia laborem nullum recuſabo. Id ſenſiſſe Ariſtotelem, valam facere. Eſt itáque ſcire opere prætium Ariſtotelis ſcripta trifariam diſtingui, quædam ſunt vniuerſalia, alia particularia, alia rurſus media. Particularia ſunt, quæ in quorundam gratiam conſcripſit, vti ſunt epiſtolæ, liber de officio regis, & de colonijs deducendis, & de mundo ad Alexandrum, media, quæ partim ad vniuerſalia, partim quoque ad particularia accedunt. Huiuſmodi

Ariſtotelis ſentẽtia dialectica inſtrumentum philoſophiæ eſt.

1. thuſc.

tria genera operũ Ariſto.

particularia.

Media.

iuſmodi ſunt libri de generatione animalium, de natura, atque hiſtoria. Nam cum in eis de generatione, & natura ſit ſermo, tractatio videtur eſſe vniuerſalis, cùm autẽ ſolum de his agatur, quæ humana imbecillitas cognitione aſſequi potuit, ſintque eidẽ ignota plurima. proculdubio ſermo particularis eſt. Tertio loco ſuccedunt vniuerſalia, quæ diuiſione cognoſci debent. Sunt autem hæc duplicia, quædam græce appellata συνταγματικὰ. latine ordinaria hoc eſt arte, & ratione methodi conſcripta, alia commentaria, cõmentaria, authore gellio, ſunt, quæ ad res memoriæ ſuggerendas adnotantur, Fuit enim mos veterum philoſophorum, dum aliorũ ſcripta euoluerũt, ſingulorum de qualibet re opiniones ad notare, & potiſſima argumenta, quibus in eiſdem corroborandis, ſtabiliẽdiſque vſi fuerant, & prudenter quidem, nam ſi quando quidpiã ſcripturi erant, in promptu habebant, ac velut in ſuo ære (quod dicitur) aliorum philoſophorũ ſentẽtias, quas vel ſectarentur, vt veritati cõſentaneas, aut exploderent, atque infringerent, vt pote à veritate alienas, quod etiam in topicis Ariſtoteles faciendum nobis eſſe admonet, dicẽs deſcriptiones autem facere oportet in vnoquoque genere, ſupponentes ſeorſum, vt de bono, & de animali, aut de omni bono, incipientes à quid eſt. Adnotare etiam oportet & ſingulorum opiniones, ponet enim aliquis, quod ab aliquo probato dictum eſt. Hæc autem commentaria in duplici ſunt differentia, quædam vniformia appellãtur, alia difformia, vniformia, in quibus de vnica re multorum ſententiæ referuntur. Cuius generis proculdubio ſunt libri quattuor de cœlo, ac tres libri de anima æditi ab Ariſtotele, varia ſũt in quibus de rebus varijs, variè quoque philoſophorum referuntur ſententiæ. Id genus ſunt libri metheoro logicorum libri de animalibus. Ordinaria rurſus ſunt duplicia, quædã græcè, διαλογικὰ. latine collocutoria. Alia. τὰ πρόσωπα. latinè propriæ perſonæ, ſeu auſcultatoria. Collocutoria ſunt ea, in quibus philoſophus ſub aliena perſona, per dialogos inquam quid de quaque re ſentiat, ſignificat. Auſcultatoria vero, in quibus ſub propria perſona ſententiã pronuntiat in eo negoti) Quod

Vniuerſalia.

Duplicia vniuerſalia ſcripta.

Ordinaria.

Commẽ.

Vſus cõmenta.

L. 1. c. 9.

Commentaria duplicia.

Vniformia.

Varia.

Ordinaria duplicia.

Collocutoria.

Auſcultoria.

ad diſpu-

ad diſputationem adductum eſt, inter quæ hoc maximè intereſt,
quod in auſcultatorijs, rem, de qua agerēt, validiſsimis rationibus
philoſophi confirmabant. Et quas vulgus non facilè poſſet attinge
re. Quoniam in illis ſcriptis, quid ſentirent de re quauis propoſita,
explicare ſtudebant. At verò in collocutorijs, quæ in vulgi gratiam
ſcribebantur minimè obſcuris rationibus, & argumentis diſſere-
bant: quinimo parabiles, Nec à vulgo remotas rationes conſecta-
bantur. Quo facilius documenta illa aut moribus aut naturæ ex-
plicandæ, apta legentium ſeſe mentibus inſinuarent. Vnde effe
ctum eſt, vt quæ collocutoria à philoſophis appellantur, ἐξωτερικὰ.
Hoc eſt extraria dicerentur, quaſi indigna doctorum hominum
ingenijs: contra verò auſcultatoria ea opera appellata ſunt, quæ le
gitimis tantum diſcipulis, & maximè familiaribus, ac præterea
minimè rudibus philoſophi exponebant. A qua ſententia abhorre
re video Ioannem geneſium Sepuluedam virùm ætate noſtra do-
ctiſsimum. Sed quoniam de ea re longam ad eum Epiſtolam à no-
bis ſcriptam eſſe ex apologia noſtra, De animorum immortalita
te planè conſtare poſsit, non eſt, cur in præſentia multa dicamus.
Vt autem collocutoria prætermittamus, auſcultatoria in tria gene
ra diuiduntur. Contemplatiua, inquam, actiua, atque inſtrumen-
taria. Contemplatiua docent veritatem, atque mēdatium perſcru
tari, & cognoſcere. Nam contemplatio circa verùm & falſum
eſt. Actiua ſunt ea in quibus quid bonum & quid prauum ſit diſ
ſeritur, in quibus actio humana verſatur. Finis enim eius particu
læ, quæ actiua eſt, boni eſt indeptio, atq; delectus. Veritas autem
eius, quæ in conſpectione conſiſtit. Rurſus contemplatiua in tres
partes diuiduntur, in eam ſcilicet, quæ naturalia conſiderat, & in
eam quæ theologica, ſiue ſuprema in eamquæ mathematica, ſeu
media appellantur: naturalia quæ de his rebus agūt, quæ materia,
formaque conſtant. Nam cùm vtrúmque horum vocetur natura
res quæ ex vtroque cōponitur, ſuo iure naturalis dicetur. Sunt au-
tem hæc, de quibus in octo libris de phyſico auditu, ac duobus de or
tu, & interitu, Ariſtoteles præcepta tradit. Sunt theologica aut
ſupra

Lib. 3. de repu.

auſcultatoria tri plici genere continētur.

Contēplatiua ſcripta tripliciа.

2. Phi. li.

ſupra naturalia, quæ rerum naturalium determinationem ſubſe-
quuntur, nā theologiæ propriū eſt, de his rebus agere, quæ ſupra na
turā ſunt cōſtitutæ & omnino materia vacāt. Ea demū mathema
tica ſunt, quæ inter naturalia, ac theologica locū habēt, ob idipſum
media appellata, quoniā partim cùm theologicis affinitatē habēt,
partim cū naturalibus. Mathematica enim cū reuera in rebus na
turalibus, id eſt, quæ ex materia & forma componuntur, expectē
tur, ut lineæ ſuperficies, & figura, conueniunt quidem cum na-
turalibus, ſed quia mathematicus cogitatione, atque animi vi ea,
in quibus occupatur ab omni præſcindit, atque abſtrahit corpore
meritò ſimilitudinem habet cùm theologo. Actiua etiam, quem-
admodum quæ ad contemplationem pertinent, trifariam diuidun
tur, in ea, inquam, quæ de moribus tractant, atq; ob id ethica dicū
tur, & quæ ad ciuitatis gubernationē attinent, & politica nuncu
pantur, & quæ docent, quo pacto domus, & familia gubernari
debeat, quæ vocantur œconomica. Reliqua ſunt inſtrumentaria
appellata, quæ hoc nomen ſibi vendicauere, quòd doceant facere
boni, ac mali, veri, ac falſi, inſtrumentum. Nam cum circa ve-
rum, falſum, bonum, atque malum, in quibus philoſophia occupa-
tur, longa diſceptatio ſit, & ignoratione rerum bonarum, atque
malarum, maximè hominum vita teneatur, cùm id quod nimium
expetendum videtur, multam magnámque turpitudinem admix
tam habeat, ſunt. n. æmula virtutum vitia, frequenter vſu venire
videmus, vt falſa quadam ſimilitudine decipiamur, Vndequoque
accidit, vt quod malum, ac turpe eſt, bonum eſſe putemus, ample-
ctamurque, & falſum ac ſi verùm ſit, pro vero admittamus. Qua
re cum difficile, atque arduum ſit, longis hæc interuallis inuicem
ſeiungere, niſi regulam, ad quàm, tanquam ad lydium lapidē, quæ
diximus, examinentur, habeamus: omnino opus fuit, vt philoſo-
phi, qui verùm, ac bonum ſoliciti perquirunt, quocunque modo in
ſtrumētū facerēt, quo de his rebus iudicarēt. Vnde, qua fieri potuit
diligētia, atq; induſtria totis (quod aiunt neruis) philoſophorū ple-
riq; in id vnū incubuere, vt id nobis inſtrumentū conficerent. Ple
roſq;

Actiua ſcripta triplicia.

Inſtrumētaria.

roſque dico, nam à multis hæc ars, nec deſiderata eſt antequã inueniretur, neque poſtquam eſt inuenta, omnino culta eſt. inter quos eam ob cauſam Epicurus philoſophus maximè reprehenditur à Cicerone. Eſt autem demonſtratio huiuſmodi inſtrumentũ, quia vera eſt, certaque regula rerum diiudicandarum, & qua nõ alio modo philoſophi vti debent, ac ſolent, quàm faber lignarius amuſſi, atque ædificator perpendiculo, quo recta ab obliquis diſcernãt. Nam quod mõſtrauit quiſpiam verum eſſe proculdubio verũ eſt. Vnde Ariſtoteles in prima philoſophia dialecticã appellat ſciendi modũ, quód, qui velit intelligere, quid in vno quoque negotio, aut verũ, aut falſum ſit ad dialecticã tãquã ad à ſylũ, & ſacrã anchorã recurrat. Eſt enim demõſtratio ſyllogiſmus faciẽs ſcire, ſcire autẽ eſt, cauſam intelligere, propterquã res eſt, quoniã illius eſt cauſa, & nõ contingit aliter ſe habere. Sunt præterea ea in quibus de inſtrumẽto diſſeritur triplicia, aut tres partes potius inſtrumẽtariæ facultatis. Quædã de principijs methodi præcepta tradit, id genus ſunt, quinque porphirij voces, decẽ prædicamẽta, & liber de interpretatione. Et cũ inuẽtione, & iudicio opus ſit, etiã ſi ſtoici alterã partẽ (inueniẽdi inquã) tanquã minimè neceſſariũ, neglexerĩt, licet abſurde, & nulla prorſus ratione, vt Cicero docet in topicis, quæ iudicij faciendi rationem, modumque perſcribit in libris prioris, ac poſterioris reſolutionis cõtinetur, quæ verò de inuẽtione eſt & quæ rationes, atque argumẽta, quibus fidẽ faciamus, vnde petamus, docet, in libris topicorũ. quã rẽ latius explicaturi ſumus paulo inferius. Verũ cũ oporteat vti cæteras res, ita quoque diſciplinã dialecticã ante murali quodã munitã, atq; defẽſam eſſe, ne ſophiſtarũ garrulitate labefactetur, His omnibus librum elenchorum adiecit Ariſtoteles, in quo dialecticum inſtruit, eidemque modũ tradit, quo ſophiſtis obſtet, ne vſquam impedimento ſint, æruendæ e tenebris veritati, atque in mediam hominũ lucẽ aſſerẽdæ. Cui homines huiuſmodi maximè ſtudet, aucupandæ laudis gratia, aut pecuniæ parandæ ab imperita multitudine. Vt aũt ſignificaret ingentẽ aſſinitatẽ dialecticam cum rethoricis & poeticis habere, ab eiſdemque

Epicurus inſtrumẽtum ſciẽdi neglexit.

Demonſtratio ſciendi inſtrumentum.

1. lib. de poſt. reſ. c. 2.

Inſtrumẽtariorum ſcriptorũ tres partes.

Libri elẽchorum.

Ariſtoteles rhet.

eiſdẽmq; non ſatis tuto diſiungi poſſe. Quoniam vix fieri poſſit. Vt rhetoricæ ac poëticæ rudis ad vnguem, (vt dicitur) dialecticam et philoſophiam norit, de his etiam, vt de cæteris omnibus, accuratiſſime philoſophus diſputauit, quod, vt vehementius perſuaderet hominibus ſuis, vtraque inter ſe magna cura coniunxit. Nam pomeridianis horis Rhetoricam eſt profeſſus. Cum dialecticam matutinis temporibus, vbi animus ſomno reſolutus liberior eſſe ſolet publice Athenis profiteretur. Hinc ergo liquido conſtat, dialecticã ipſam non inter philoſophiæ partes, quẽadmodum ſtoicis viſum eſt, ſed inter inſtrumenta eſſe reponendam, neque repoſitam ab Ariſtotele eo loco fuiſſe, ſed potius eiuſdem opinione, atque ſententia philoſophiæ eandem eſſe inſtrumẽtum. vnde quoq; liquido ſequitur grauiter errare eos, qui dialectici officium eſſe volunt verum à falſo, bonum à malo diſcernere, nã vti oratoris officium non eſt in ſententiam ſuam trahere iudices, & qui auditores acceſſerunt, nec medici, depulſo morbo ſanitatẽ inducere cum neutrum horum in medico aut oratore poſitum ſit, ſed præſtari debeat a Iudice, atque auditoribus, huius tamen eſt medicamina inuenire, quibus morbo profligata valetudo recuperetur, cum prius morbum expulerit, illius ea præſtare, quibus quò fieri poſſit commodius Iudicum mentem flectat, atque in ſuã ſentenciam adducat, ita quoque dialectici non eſt, veritatem à mendacio ſeparare, ſed ſimplices voces inuenire, inuentas ita componere, vt ex eiſdem demõſtrationem conficiat, aut ſi id non poſſit, cum ſit difficile rerum cauſas intelligere, ex quibus conficiuntur demonſtrationes, fidem quandam aliam, quæ quàm proximè fieri poſſit, ad demonſtrationẽ accedat. Quod ſi Cicero in Academicis quæſtionibus veri, et falſi diſceptatricem, ac iudicem dialecticam appellat, aut exiſtimari debet non exacte locutus fuiſſe, aut ſignificare illis verbis voluiſſe, philoſophum de verò, & falſo diſceptare, dialectica inſtructum, vti quodam inſtrumento, nam philoſophi proprium eſt, vti demonſtratione, atque ea ipſa veritatem inquirere à dialectico compoſita prius. aut, quod ego libentius credide

& philoſophica cõiunxit.

Dialectica inſtrumentum philoſophiæ eſt, non pars. Opinione Ariſtotelis.

Officium dialecticæ non eſt diſtinguere verum à falſo.

Obiectio.

Diluitur.

diderim, ſecutum ea in re fuiſſe opinionem ſtoicorum, qui dialecticam inter partes philoſophiæ numerabant, horum enim ſententia dialectica, & rhetorica virtutes ſunt. ſi quando vero viderimus dialecticum, quod verum eſt à falſo diſcernere, arbitrandum eſt, eum id non facere qua ratione dialecticus eſt, ſed quatenus philoſophus. Quemadmodum ſi philoſophus ex arte dicat, dicet vt orator, vt philoſophus certe non dicet. Nam munus oratoriæ facultatis eſt, bene atque ornate dicere, nam (vt ſcribit Cicero) etiam ſi philoſophus eloquentiam non habeat, non eſt ab eo admodum flagitanda. præterea quod in quæſtionem adduximus alia ratione confirmari poteſt, hac ſcilicet: omnis pars gratia ſui eſt, id eſt, tametſi ad totum cuius pars eſt referatur proprium munus atque officiũ habet: nam agere, & contẽplari, quæ partes ſunt philoſophiæ, gratia ſui ſunt. Cum contemplatio in veri, & falſi inueſtigatione verſetur, actio in boni, & mali diſcrimine, ſed, quemadmodum dictum eſt, dialectica inuẽta eſt, vt demonſtrationem conficiat, qua philoſophus vtatur, atque eadẽ, quæ dicta ſunt. Sui Diſcernat, ac ſeparet. Nõ eſt igitur gratia à philoſophis inuenta. Amplius toti atque eius partibus eadem eſt ſubiecta materia. Idémque ſcopus, atq; finis, nã circa vnã, eandẽque rem verſantur vtraque, & eodem pertinent: quemadmodũ exẽplis adhibitis planum eſt. Praticum enim, atque ſpeculatiuum, quæ ſunt medicinæ facultatis partes, ſubiecta habẽt humana corpora, finem verò recuperare valetudinem. Quorum alterum vniuerſæ medicinæ ſubiectum eſt, alterum ſcopus. Nã medicina eſt quæ verſatur in humanis corporibus, & eſt valetudinis ars, ſed lõge alia materia ſubiecta eſt dialecticæ, aliúſque finis, quàm philoſophiæ, nõ eſt ergo philoſophiæ pars dialectica: etenim philoſophiæ ſubiectum, referente Platone, res omnes ſunt diuinæ, atque humanæ, finis vero hominem facere deo ſimilem, quantum homo aſſequi poſſit. Nam (quemadmodum inquit Homerus) non eſt ſimile genus vnquam immortale deûm atque hominum terra egreſſorũ: aut, quemadmodum in Phædone ſcriptum eſt, mortem cõmentari, non

Secunda ratio.

Quòd dialectica inſtrumentum ſit.

Tertia ratio.

Medicina quid ſit.

Subiectũ philoſophiæ.

Finis philoſophiæ.

ri, non quòd doceat philoſophia quemquam ſibi manus inferre, vt Cleombrotus, & ſilenus decepti putauerunt, hoc enim homini vetitum eſſe, Plato ſignificauit his verbis. Sermo quidem, qui de arcanis habetur, hominem veluti in quadam eſſe cuſtodia, vnde aufugere non liceat, magnus quidem atque abſtruſus mihi videtur, nefas ergo eſt, inquit Cicero, quemquam ſibi manus inferre. Nam quemadmodum leges vetant, eum, qui vinctus in cuſtodijs habeatur, vlla carceris vincula rumpere, ita Deus, qui diuina quadam prouidentia animam in corpore, vt in carcere, abdidit, atque concluſit, vetat nos hinc iniuſſu ſuo demigrare. Sed cum dupliciter anima corpori iuncta ſit, voluntate primum, qua corpori obſequitur. Morémque gerit, deinde quodam naturæ vinculo, vt corpus ab ea trahat vitalem ſpiritum, duplex quoque erit mors, aut diſceſſio animæ à corpore, altera naturalis, cui omnes quotquot Viuimus obnoxij ſumus, nam moriendum eſt ſemel omnibus) altera ſpontanea, qua animum à corporis functionibus ſeparamus, ſecundum rationem viuentes. Quando ergo Plato ait, mortis meditationem eſſe philoſophiæ finem, non eam mortem innuit, qua anima à corpore loco ſeiungitur videbat.n. id prohibitum eſſe homini naturæ iure, ſed eam quæ ſpontanea eſt, atque voluntaria, quaſi dicere velit, id philoſophiæ ſtudium efficere, vt contemplationibus dediti animam ita liberam, atque expeditam reddant, vt à libidinibus corporis ſeiuncta ſuo defungatur munere. Quod per ſimile illi eſt, quod apud Paulum ſcriptum eſt, pulchrũ eſſe homini per fidẽ mori. Intellexerant enim altioris eſſe animi, & qui parua cõtẽnat, reuocare mentẽ à ſenſibus, atq; animam à corporis cogitatione ſeiũgere. Dialecticæ verò materia (vt inquit Ammonius) ſunt voces ſimplices, quoniã circa has dialectica occupata eſt, ſuaſq; partes exercet. finis, demonſtrationes, & cõcluſiones, quæ ex ſimplicibus cõficiũtur Sed hãc rẽ longius perſequemur inferius. Rurſus quælibet pars alijs partibus adiũcta totũ perfectũ reddit, atque abſolutũ, adẽpta verò ſinit inchoatum, quẽadmodũ in humani corporis partibus facile exiſtimare licet. ſed dialectica quamuis

Commentari mortem quid ſit.

Duobus modis anima corpori iuncta eſt.

Hoc loco dialecticam prolegica vſurpamus.

quãuis à philoſophia ſeparetur, aut eidem addatur, nec imminuit, nec complet philoſophiam, ergo non eſt philoſophiæ pars. Cum enim tantum ſit verum, & falſum, bonum, & malum, quorum priora vſurpat contemplatio, actio poſteriora, nil omnino factum erit reliqui, quod tractet dialectica. Quare neque erit philoſophiæ pars, ſed potius inſtrumentum, cum ad eam referatur.

Idem firmatur teſtimonio. Ariſtotelis. lib. 1. top.

Quod etiam Ariſtoteles in topicis innuit, dialecticum ſic diffiniens problema eſt. Inquiſitio ſpectans ad electionẽ, aut fugam ad cognitionem, aut ſcientiam, aut ad aliquid iſtorum adminiculans, aut perſe, de quo aut neutro modò opinantur, aut contrarie pleriq;, id eſt, rudes, atq; illiterati, ſapientibus, aut pleriſq; ſapientes. Prima enim finitionis particula, moralia problemata ſignificantur, quæ ſcire vtile eſt, vt eligamus vel fugiamus. Secũda, naturalia. quæ ad contemplationem referũtur. Tertia ſignificãtur logica, aut rationalia. Hæc autẽ, inquit, per ſeipſa cognoſcere nõ volumus, ſed aliorum gratia, vt per ea aliquid aliud cognoſcamus. manifeſto ergo ſentit, dialectica problemata, tantũ eſſe inſtrumentaria, præterea lib. I. c. III. top. quo loco recenſet cõmoda, quæ ex ſtudio dialecticæ capiuntur, ait, conferre cognitionem eius ad diſciplinas, quæ ſunt ſecundum philoſophiam, & principia omnium ſcientiarum, quare non exiſtimauit Ariſtoteles eſſe dialecticam vlla ratione partem philoſophiæ. Sed potius eius inſtrumentũ, reliquũ eſt iã, vtquæ in hãc ſententiã ab alijs philoſophis obiecta ſunt, diluamus, ne vlla ex parte poſſit nobis quidpiã incommodare.

Diluũtur rationes aduerſus iſtã ſentẽtiã initio diſputationis adductæ.

Stoicorum tamen ratio nullo negotio diſſoluetur. Nulla enim ratio eſt, cur dialectica virtus putari debeat, quod ita probatur.

Primum.

Virtute nemo male vtitur, opinione philoſophorũ, atqui dialectica multi male vtuntur, cum ea inſtructi repugnãt veritati, non eſt ergo virtus, deinde virtus in voluntate poſita eſt, authore Ariſtotele,

Secundũ li. 2. ethi.

Dialectica non eſt poſita in voluntate, alioqui omnes eſſemus, & naſceremur dialectici, non eſt ergo virtus, niſi quis de virtute loquatur, vt Ariſtot. VII. phiſicorum, quo loco perfectionem rei virtutem vocat. Eſt enim dialectica perfectio quædam

quædam animæ: quarè & virtus. qua intelligentia. VI. Ethicorũ virtutes Ariſtoteles vocat quinq; habitus, quibus intellectus ipſe perficitur. Prudentiam, ſcientiam, artem, intellectum, ſapiẽtiam, verùm non hæc proprie virtus vocatur, ſed quæ verſatur in comprimendis affectibus, & eos ad mediocritatem perducit. licet autem nulla ars exerceri poſſit ſine inſtrumento, non ideò putandum eſt, arte ipſa prius eſſe inſtrumentum, quin potius omniũ philoſophorum conſenſu ab artibus inuenta ſunt inſtrumenta, atque orta. Cui enim tribuemus incudẽ niſi excuſſoriæ acti tribuamus? & cui maleum niſi materiæ? Etenim qui artes primi inuenere, adnixi ſunt ea quoque reperire, quibus commode artes tractaretur.

Tertium.

Obiectio

Quod ſi quis nobis obijciat Ciceronem maximum alioqui philoſophum, dialecticam partem eſſe philoſophiæ putarè, qui in libris de finibus bonorum, atque malorum aduerſus ſententiam Epicuri de voluptate diſſerens ita ſcribit, in altera philoſophiæ parte, quæ eſt diſſerendi, & quærẽdi quæ, λογικὴ, dicitur, Iſte veſter plane, vt mihi videtur, inermis ac nudus eſt, huic ego, dicam hæc locutum fuiſſe Ciceronem, vt alia quoque multa ex ſententia Stoicorum, quibus apprimè ſtuduit, verùm vt, quæ à Platone in cõtrarium adducta ſunt, refellamus, ſcire operæpretium eſt Ammonio authore, duplicem eſſe artem, alteram in rebus poſitam, atque eiſdem coniunctam, alteram à rebus ſeparatam, atq; ſeiunctam, quã vtramque vulgo vtentem ac docentem vocant. Docẽs enim dicitur, quæ præcepta perſcrutatur, & docet, nullis in rebus collocata, ac poſita, vtens verò, quæ rebus coniuncta præcepta ſequitur. Dialectica igitur, Sicut & cæteræ artes omnes, quæ in ſermone, atque oratione verſantur. Si ipſa per ſe conſideretur, inſtrumentum philoſophiæ cenſeri debet eo enim ſpectat, atque pertinet, vt regulam cõficiat, ad quam quæ in philoſophia tractantur, certa quadam, & quæ fallere non poſſit, ratione examinentur. quod ſi rebus coniuncta ſit, iam non amplius inſtrumentum, ſed philoſophiæ pars putanda eſt, nam tunc in vero, & falſo occupatur, habet ſe enim perinde atque manus quæ quatenus vniuerſum corpus cum alijs abſoluit,

Diluitur

Platonis ſententia explicatur.

Cõmentariis ĩ prædicamẽta

Idem eſt pars at q; inſtrumẽtũ Cicer. diuerſa ratione.

ſoluit, eius cenſetur pars . Quæ verò ab homine imperata exequitur, inſtrumentum, modius quoque, humoris quem metimur, pars eſt, inſtrumentum autem metiendi humorem, ſicut etiam ſeruus inſtrumentum eſt, familiaris diſciplinæ, aut quæſtuariæ pars verò eiuſdem, nam hærilis facultatis pars eſt. ergo cum Plato bifariam conſiderari poſſe, dialecticam animaduerteret, aliam, atque aliã rationem ſecutus modo philoſophiæ partem illam facit , modo inſtrumentum, quæ res eum à ſuſpicione incõſtantiæ liberat , in quã quorundam hominum culpa inciderat.

¶ *Quæſtio tertia.*

¶ *Vnde incipere debeamus enarrare opera Ariſtotelis.*

TErtio loco ea quæſtio reponenda eſt vnde potiſſimum auſpicari debeamus, ſcriptorum Ariſtotelis explanationem. Quam ſanè quæſtionem non leue æmolumentum arbitror allaturam hijs percipiendis quæ ſunt à nobis in poſterum explicanda . Hoc enim conſtituto nulla formidine adire Ariſtotelem licebit. Si verò ignoretur neceſſe quidem fuerit multóties inter ſpem atque metum hærere qui peripateticæ doctrinæ dant operam. Et licet quinque hæ voces non ſint ab Ariſtotele æditæ minimè reprehendendus eſſe videor quod ea quæ in principio prædicamentorum dicturus fueram anteuerterim. Præſertim cùm iſtarum vocum cognitio intelligendæ Ariſtotelis dialecticæ admodum neceſſaria ſit . maximè verò eius parti quæ de prædicamentis diſſerit. Vt in præfatione Porphyrius ſignificat.

Boethi et Sydonis ſententia

In ea tamen quæſtione explicanda non ſatis ſibi conſtitit antiquitas. Si quidem Boëthius & Sydonius philoſophi (vt Amonius ſcribit

Ratio.

Natura Philoſophia.

ſcribit commentarijs in prædicamenta) à naturali philoſophia initium ſummendum eſſe cenſuerunt . Quoniam qui diſciplinas addiſcunt ab his primum inchoare debent quæ natura ſunt notiora. Vt ea ratione ſine magno negocio in abſtruſarum rerum cognitionem perducantur quod Ariſtoteles multis locis tradit , ſed quæ in philoſophia naturæ traduntur huiuſmodi ſunt, plurimus ſiquidem earum rerum vſus eſt, & ſenſibus hauriuntur, ab his ergo addiſcentibus eſt incipiendum.

Euſtrati Symplicius. Philoſophia morum. 1. ratio.*

Alij verò de quorum numero eſt Euſtratius primo libro , commentariorum in æthica . Et ſimplicius in proæmio librorum de phyſica auſcultatione à philoſophia morum initium faciendum eſſe cenſuerunt . Opinantur illi nec malè , mea quidem ſententia per quam neceſſarium eſſe qui docti atque eruditi volunt euadere optimis ſtatim moribus imbui, , Affectus rationi minimè parentes compeſcere. Parare tranquillitatem animi . Atque ſtirpare vitia radicitus. Ne quæ ab alijs rectè dicta ſunt aliorſum quã ſint dicta ex improbitate morum detorqueantur. Quod iniqui homines plærumque facere conſueuerunt . Atqui hoc ipſum morum philoſophia efficitur. Cùm illa animis medeatur. Inanes ſolicitudines detrahat. Cupiditatibus liberet. Pellatque timores (vt Cicero ait.) Hæc enim eſt quæ animi vitia funditus euertit . Et præparat animos ad ſatus accipiendos , eaque mandat his atque (vt ita dicam) ſerit quæ adulta fructus vberrimos ferant. Meritò igitur primum danda eſt opera philoſophiæ morali . Accedit ad hoc quod cum tam exiguus ſit vitæ curſus, tamque incertus qui velint in virtute proficere his ſtatim à teneris annis aſſueſcere debent quæ præter hoc quod animum expoliunt atque excolunt, Meliores nos poſſint reddere. Ne ſi quando palida mors ſuperueniat nos imparatos offendat. Vbi verò virtutem, quam huiuſmodi philoſophia docet, comparauerimus iam tunc liberum erit ad reliqua contendere, atque in eadem quantam poſimus operam diligentiamque conferre. Nec dubium eſſe poteſt quin ſi hoc ita fecerimus reliqua oĩa cur

Cicero.

2. ratio.

 ſu quam

ſu quam breuiſsimo optimis imbuti moribus ſimus conſecuturi. In eadē videtur fuiſſe Ariſtoteles opinione capitulo decimo quinto libro ſeptimo de republica: vt inde planè conſtare poſsit, & perſuadetur huius modi argumento, cultus partis hominis natura prioris, natura prior eſt, vt conſtat, atqui partium animæ hominis, ea pars quæ appetitus appellatur eſt natura prior parte rationali, ergo eius cultus eſt natura prior atque ex cōſequenti ſtudium dialecticæ, eſt poſterius natura ſtudio philoſophiæ morū probo cōſequētiā, quoniā diſciplinæ omnes animam colunt: & philoſophia morum appetitum coercet cæteræ diſciplinæ, mentem excolunt atque exornant.

Platonis ſententia 1. ratio.

Laus matematicarū antiū.

2. ratio.

Plato verò cæteriq́ue philoſophi, qui Platonis inſtitutum & rationem philoſophandi ſunt ſecuti. Primum omnium arbitrantur nobis eſſe diſcendas mathematicas diſciplinas. Quas ob eam rem Plato de republica libro. VII. προπαιδείας appellat, quaſi dixeris, priores inſtitutiones. Præparant enim animos hominum, ingenia exacuunt ad quaſlibet artes accipiendas. Demonſtratio præterea quæ diſciplinarum omnium inſtrumentum eſt, præſertim verò philoſophiæ, longe exactius in mathematicis ſpectatur quàm in cæteris artibus. Quoniam illis vt principijs vtuntur, quæ cōmuni hominum opinione atque ſentētia comprobantur. Quod genus ſunt, omne totum eſt maius ſua parte, Si æqualibus æqualia addas quæ efficiuntur ſunt æqualia. Et multa inſuper alia quorum Euclides in elementis mentionem facit.

Euclides.

3. ratio.

Poſtremo quia cum ſcopus vniuerſæ philoſophiæ ſumma ſit extremaque fœlicitas, quàm diuini numinis contemplatione conſtare putant neceſſariū eſt (inquiūt illi) incorporeæ ſubſtantiæ à teneris aſſueſcere. Ad cuius cognitionem per tot caſus. Et tam varia rerum diſcrimina contendimus. Nam quemadmodū ſi quis è domo maxime tenebricoſa in ſplēdidiſſimā exire velit in ea debet prius aliquantulum commorari in qua mediocre lumen ſit, ne tantæ luci impar redditus videndi facultatem amittat. Ita quoque iuuenes antequam ad diuinorū cognitionē perueniant, In mathematicis ſunt exercendi. Quæ ſunt velu-

ti gradus

ti gradus quidam ad diuina. Nam ſi celeri greſſu ad diuina continuò progrediamur non dubium eſt quin in graues maximoſque errores nobis ſit incidendum. Fortaſſe enim priorum rerum contemplatione decepti exiſtimabimus, Primum omnium principium ſupremam inquā cauſam, Quæ corpore prorſus vacat corporatam eſſe. quam obrem Plato, vt author eſt Plotinus, minimè patiebatur quempiam diſcipulorum ſuorum rudem atque ignarum eſſe mathematicarum artium, præſertim geometriæ. quinimo vt qui non eſſent huiuſmodi diſciplinis infecti procul ab academia amādaret inſcripta habuit academiæ foribus ea verba. Nemo huc ingrediatur expers geometriæ. Quæ Cicero in Tuſculanis de menſura morum verba dicta putauit. Quaſi ſignificare vellet, æquum eſſe prius metiri ſe quemque &. Quid poſsit excutere, iuxta illud vulgatum. Noſſe ſe quemque, quam dare operam inciperet litterarum ſtudijs. Quam ſi quis velit Ariſtotelis fuiſſe ſententiam putare, ex eius ſcriptis non obſcure argumentum capere poterit. Nam cùm exempla adhibeantur vt eorum adminiculo cognitu difficilia facilius percipi poſsint, eodem auctore multis locis, Proculdubio exemplis vtendum eſt quæ maxime nota ſint atque familiaria. Atqui omnia quæ ab Ariſtotele ſcripta ſunt, Tam de moribus & natura quam etiam de dialectica exemplis mathematicis ſunt refertiſsima, exiſtimādum igitur eſt ætate Ariſtotelis ſcientias mathematicas, eiuſdem philoſophi ſententia, ante philoſophiam & dialecticam parari ſolere. Vnde fit vt iſtarum artium ignoratione longe difficiliora intellectu reddita ſint Ariſtotelis ſcripta.

Plotin.

Autoris opinio.

A dialectica incipiendū 1. ratio.

Ego tamen his omnibus ſententijs prætermiſſis crediderim primam operam dandam eſſe dialecticæ ſtudijs. Quod vt affirmem eo potiſsimum adducor argumento. Quod dialectica, vt dictū eſt, ſuppeditat nobis inſtrumentum quo philoſophiam tractemus, præſertim mathematicas diſciplinas, quibus demōſtratione maxime eſt opus, ſecūdo modus verò cōparandi ſciētiā prior eſt ſciētia referēte Ariſtotele lib. I. de prima philoſophia, nō. n. oportet ſimul & ſcientiam quærere & modum, ſed dialectica eſt modus ſciendi vt

ait Ariſt.

ait Ariſt. cap. XX. lib. I. metaphyſices & topicor. I. nam ad om
nium methodorum principia viã habet, omnes enim diſciplinæ. Ip
ſa dialectica opus habent vt attigimus ſuperiori quæſtione, ergo il
la prima diſcenda eſt. Deinde quia (vt vulgo loquimur) & docet
Ariſtot. lib. II. phyſicorũ, ars imitatur naturã, ſed ordo naturæ
poſtulat vt primum omnium loquamur. Deinde vtamur ratione.
Poſtremo verborum & ſentẽtiarum curam habeamus. Ergo poſt
grammaticã quæ ſermonem inſtruit, dialectica tradenda eſt, quæ
rationem informat. Poſt dialecticam verò rhetorica, quæ ornamẽ
ta orationis perſequitur. Poſtquam verò dialecticæ atque rhetori-
cæ operam dederimus crediderim oportere addiſcere morum philo

Autoris ſententia

ſophiam Nam præterquam quòd ſapientiſſimis hominibus ita vi-
ſum eſt ipſa etiam natura hoc videtur poſtulare vt eſt à nobis ex-
plicatum Paulo ſuperius. Nam vt partium animæ illa quæ ratio-
ni paret natura prior eſt altera parte quæ rationẽ in ſe habet. Re-
ferente Ariſtotele lib. VII. de repub. Ita quoque eius cultus atque
ornatus antecedere debet, & quidẽ tametſi naturalia magis ſint
nobis obuia & expoſita Cùm moralis diſciplinæ ſemina expreſſio
ra atque euidentiora appareant. (Vnde effectum eſt vt theodore-
tus ait, lib. XII. græcarum adfectionum, vt etiam barbari homi-
nes iniuſtitiam effugerint. Et virtutem contrariam coluerint, pla-
nè ab huius diſciplinæ ſtudio initium nobis capiendum eſt. Educa-
tione verò parentum effici poteſt vt rectas de rebus opiniones cõ-
paremus, quæ ſunt quidem neceſſariæ ad diſciplinas capeſſendas.
Has ætate procedente ſtudijs perficiemus. Reliquum eſt iã vt alio
rum philoſophorum rationes confutemus qui ſunt in contraria o-
pinione atque ſententia.

Aduerſariorũ rationes diluũtur.

Principio qui aiunt à philoſophia naturali incipiendum eſſe gra-
uiter ſanè peccant. Nam cognitio rerũ naturalium niſi ex cauſis

c. 1. lib. 1. de phyſica auſcultatione.

petatur non poteſt quidem certa eſſe atque neceſſaria. Ariſt. auto
re c. I. lib. I. de phy. auſcultatione. Atqui ex cauſis cõparari non
poteſt niſi per demonſtrationẽ cap. II. lib. I. de poſteri. reſolu. De-
monſtrationis verò efficiendæ ratio in dialectica traditur, Quare
ante

ante dialecticam non rectè quidem docetur philoſophia naturæ.
Nec verùm perpetuò eſt quod huius ſententiæ authores accipiunt

Quo pacto accipiẽdũ ſit. Anotioribus eſſe incipiẽdũ.

eſſe, in quam, neceſſarium vt à facilioribus atque notioribus auſpi
cemur, niſi cum poſteriora ſine his percipi non poſſunt. Referente
Ariſtotele. V. top. at dialectica rerum naturalium cognitione nõ
indiget. Quare licet naturalia dialecticis priora notioraq; ſint nul
la cauſa eſt cur non à dialectica exordiamur. Altera etiam ſentẽ
tia quæ defendit à mathematicis diſciplinis eſſe inchoandum mi-

Platonis opinio refellitur.

hi non magnopere probatur. Tum quia mathematica ſine demon-
ſtratione tractari non poſſunt quam docet dialectica. Tum etiam
quia dialectica ſenſu communi contenta eſt, quare nullis exem-
plis mathematicis indiget. Nulla ergo cauſa eſt cur non ſit cæteris
diſciplinis anteponẽda. illa vero ratio quã de de philoſophia morũ
adduximus facilè ſolui poteſt ſi concedamus ipſam logicam mo-
dum potius eſſe cæteras diſciplinas comparãdi quã quod ipſa ſit pe-
culiaris aliqua diſciplina. modus autem comparandi diſciplinas ip-
ſis diſciplinis prior eſt. Nec audiendus hoc loco eſt marſilius fici-

Marſilius ficinus carpitur.

nus, qui dialecticæ nomine putauit à Platone ſignificatã primam
philoſophiam, cùm non ſatis intelligeret quo pacto, quod ſcribit pla
to in philebo, & parmenide, & eſt à nobis Paulo ſuperius explica
tũ intelligẽdũ ſit Præterea perſuaderi potuit vt id ita eſſe putaret
quia li. VII. de rep. Plato inquit, poſteriorẽ eſſe dialecticã diſcipli-
nis mathematicis. Talis autem eſt prima philoſophia. Nomine er-
go dialecticæ à Platone prima philoſophia ſignificata eſt. Nam ſi
propria ratione dialectica conſideretur non eſt ſanè poſterior diſ-
ciplinis mathematicis vt proxima diſputatione oſtendemus. Sed
deceptus eſt Marſilius. Nam Platonis ætate ob eas cauſas, quas
ſequenti capite reddemus, Mathematicæ diſciplinæ prius quàm
dialectica ediſcebantur. Tertio, quia Plato ait, dialecticam nihil

Nomine dialecticæ Plato non ſigni

poſtulare. Atqui hoc ipſum non tam videtur dialecticæ quàm pri
mæ philoſophiæ conuenire. Errat tamen Marſilius ſiquidem
hoc ipſum dialecticæ planè conuenit. Nam cùm omnium ar-

tium

ficat primam philoſophiã. tium atque ſcientiarum principijs probandis magnoperè conducat, ipſo etiã Ariſt. teſte lib. I. top. C. II. ſingulæ.n. artes ſaltim ad conſtituendas deffinitiones ſuas, aut oſtendendum rectè eſſe conſtitutas ipſa dialectica indigent. Petit enim rhetor, exempli gratia, à dialectico, Vtrum facultatis rethoricæ finitio; ars (inquam) benedicendi, rectè conſtituta ſit, necne. Cæterique artifices ſimili modo. Dubitari ergo nullo modo poteſt quin ipſa dialectica nulla alia re opus habeat, ſed ſit omnino ſibi ſatis.

2. ratio. Nec Marſilius induci debuit in eam ſententiam quòd legeret apud Platonem Dialecticam poſt omnes alias diſciplinas eſſe à diſcendam. Quod videtur primæ philoſophiæ eſſe peculiare. Nam Plato in libris de rep. philoſophum inſtruit artibus & diſciplinis neceſſarijs ad rempublicam capeſſendam, exiſtimat autem primum omnium mathematicis artibus infectum non mediocriter eſſe oportere. Poſt mathematicas verò diſciplinas facultate dialectica. Quare dũ taxat docet parãdam eſſe dialecticam poſt diſciplinas mathematicas ab eo qui philoſophus eſſe velit.

3. ratio. poſtremo, inquit Marſilius, Plato nõ permittit dialecticam ante trigeſimum annum attingi, & eo tempore cautè & cum delectu. Dialectica verò vel à pueris diſci poteſt, vt planè cõſtat, familiaribus experimentis. Ergo nomine dialecticæ eo loco primam philoſophiam Plato expreſſit. Quam alio nomine ſapientiam appellat ſiquidem Illa cùm in contemplatione rerum altiſſimarum occupetur, acrius iudicium poſtulat. Verũ eo loco ſummus philoſophus Plato cùm de cõſtituenda optima reipublicæ forma ageret ſtudebat ab ea remouere quæ tranquilitatẽ viderentur reipublicæ aliquomodo perturbare. Cùm autem dialectica tota poſita ſit in concertatione, homines pugnaces efficit, &

lib. 8 top. veritatis quodam modo aduerſarios. Præſertim ſophiſtice, quæ cũ affinitatem quandam habeat cum dialectica (vt eſt à nobis explicatum in libello de ratione diſputandi) interdũ pro dialectica vſurpatur. Qua intelligentia eò loco fortaſſe à Platone accepta eſt. Et quidem cùm Ariſtoteles multis locis præſertim verò pri. lib. prio. & .II. poſteriorum & primo de parti. anima labefactet dialecticam ra-

cam rationem diuidendi quam Plato excogitauit, atq; ſecutus eſt, dubium non eſt quin Ariſtotelis etiã teſtimonio appellatione dialecticæ ipſa dialectica ſignificata ſit. Non (vt quidam volunt) prima philoſophia. Illa namque diuidendi rationem docet, non methaphiſica. vehementer ergo vt adductis argumẽtis conſtat lapſus eſt atque errat Marſilius dum putat Platonem expreſſiſſe locis citatis dialecticæ vocabulo primam philoſophiam.

¶ Quarta quæſtio.

¶ Quid inter logicam dialecticam & rhetoricam interſit.

ARISTOT. in topicis præcipit. vt cùm de re quapiã diſſerimus ambiguitatem fugiamus, quàm obrẽ quia non ſatis apertum eſt qua ratione dialectica Differat à logica & rhetorica placet de ea ipſa re paucis lectorem admonere. Sunt enim tam coniunctæ inter ſe huius modi facultates vt eaſdem confundere plærique ſint aggreſi, alijs verò qui illas tentauerunt dirimere non admodum proſperè atque fœliciter conatus ſucceſſit. c. 13. li. I.

Differt dialectica à logica.

Principio igitur accipiendum eſt dialecticam à logica diuerſam eſſe. Hæc eſt opinio Alexandri Aphrodiſienſis commentarijs in caput ſecundũ lib. I. top. Nam quo tempore exponit vtilitates dialecticæ inquit, Dialecticam non ſolum eſſe vtilem ad philoſophiã ſed etiam ad Rethoricam atque logicam, & illam innuit eſſe Ariſtotelis opinionẽ. in eadem ſentẽtia eſt Plotinus prima eneade lib. de dialect.

Inuita Ariſtotelis

Sed quæſtio eſt qua ratione vtraque facultas diſtinguatur. Diogenes laertius grauis in primis autor exiſtimat Dialecticam Partem eſſe logicæ, ille enim Philoſophiam in duas partes diuidit in eã videlicet quæ in contemplatione occupatur, & in eam quæ in agendo verſatur. Priorem diſtribuit in duas partes, quarum altera de natura diſſerit: altera communi nomine, λογικὴ, hoc eſt rationalis

 vocatur,

vocatur, huius partes & ſpecies facit omnes artes & facultates quæ in ratione occupantur, ſunt illæ prima philoſophia Rhetorica & dialectica. ex qua particione colligitur dialecticam eſſe partem logicæ. Hæc verò ſententia probari nullo pacto poteſt, primũ quia logicam facit partẽ philoſophiæ, cuius pars non eſt, ſed inſtrumentum dumtaxat. Vt oſtenſum eſt proxima quæſtione. Deinde quia dialectica in rebus occupatur. Cum ſit facultas diſſerendi de quacunque re propoſita, vt monſtrabimus paulo inferius. Logica verò occupatur in cultu rationis, vt ſtatim dicemus, ergo Dialecticã nõ eſt pars logicæ. Quod vero diogenes ſcribit ab ſtoicis philoſophis acceptũ eſt, quos Cicero ſæpenumero cum de hac re ſermo eſt ſequitur. In eundã ergo nobis alia ratio eſt, diſtinguẽdi dialecticã à logica, quod vt efficiamus melius animaduertendũ eſt, quòd tã dialectica quàm logica perfecta facultas eſt, vtraq; enim duabus illis partibus cõſtat quæ artẽ efficiunt, inuẽtione in quã & iudicio, atq; id ſanè Ariſtotelis ſentẽtia. Nã vt à dialectica incipiã ille ſex proximis libris topicorũ poſt primũ inuẽtionẽ explicat quæ τοπικὴ. Dicitur vberiori fortaſſe oratione quã par eſſet. alterã verò partẽ quæ græcæ κριτικὴ, vocatur. latini partẽ iudicãdi appellãt Ariſtoteles ex ponit poſtremo top. eo. n. loco rationẽ tradit. deducẽdi velut in aciẽ arg. quorũ ſedes ſex prioribus libris indicauerat.

refellitur Diogenes · *Diogenes & Cicero ſtoicos hac parte ſe quuntur.* · *Dialecticæ partes.* · *Inuentio.* · *Iudiciũ.*

Finis. Finis Dialecticæ eſt diſſerere. Nã finis artis eſt inquem oĩa artis præcepta referũtur, nõ habet ipſe quo referatur in eadẽ præſertim diſciplina. Sed oĩa præcepta artis dialecticæ eò expectãt vt nos doceãt atq; inſtruãt qua ratione de re ꝓpoſita diſſerẽdũ ſit, ergo finis dialecticæ eſt diſſerere. hoc idẽ innuit Ariſt. c. 3. li. 1. top. cũ inquit dialecticũ ſuo munere rectè defunctũ eſſe ſi nihil omiſſerit eorum quæ ſunt ad oſtẽdendũ (ſyllogiſmo vel ratiotinacione) quod probabile eſt accõmodata. iſtud. n. probabile dialectica diſſerẽdo efficit diſſerit autem Dialectica probabiliter, hoc eſt argumentis probabilibus vtitur ad explicandam quæſtionem propoſitam.

Officiũ. Officium dialecticæ quod agnoſcere neceſſarium eſt vt finẽ artis cõparemus, Ariſtotele autore loco citato illud eſt, nihil prætermittere

mittere eorũ quæ neceſſaria ſunt ad probabiliter diſſerẽdũ de quacunq; re propoſita, verũ iſta oĩa lõgiori oratione explanata à nobis ſunt in noſtro cõpẽdio dialecticæ. Ex quibus oĩbus planè colligitur dialecticã perfectã eſſe facultatẽ atq; oĩbus ſuis numeris abſolutã.

Logica perfecta facultas. Logica Præterea quẽadmodũ Dialectica perfecta ars eſt & longe diuerſa à dialectica. illam Ariſtoteles explicuit quattuor libris quos de priori & poſteriori reſolutione cõpoſuit. hæc docet qua ratione cõficiẽda ſit demõſtratio aut alia ratio argumẽtãdi quæ quã proximè fieri poſſit ad demõſtrationẽ accidat, quã obrẽ potiſſimus finis logicæ eſt demõſtratio: eius materia ſimplices voces & propoſitiones, quæ oĩa maximè cõſtãt opere ipſius rationis. habet ſimiliter duas partes inuẽtionẽ videlicet atq; iudiciũ. Sed diuerſas illas quidẽ a partibus facultatis diſſerẽdi, inuentionẽ medij neceſſarij ad ſyllogiſmũ cõficiẽdũ docet Ariſtoteles in libris de priori reſolu. Mirabili ſanè ratione, quid eſt enim admirabilius quã habere cognitũ atq; perſpectũ quo pacto mediũ terminũ poſſis capere aptũ ad colligẽdũ ſyllogiſmo quoduis genus problematis? Quod nos docet Ariſtoteles duobus illis libris. Iudiciũ docet cũ formã tradit diſponẽdi inuẽtũ argumẽtũ aut mediũ iuxta rationẽ primæ vel ſecundæ vel tertiæ figuræ. Quodcũ verũ ſit planè cõſtat peccare qui dicũt Ariſtotelẽ prætermiſiſſe intactã alterã partẽ facultatis dialecticæ. nẽpe iudicãdi partẽ, & fuiſſe diligẽter perſecutũ tantũ rationẽ inueniẽdi. Secũdo ſequitur cũ logica doceat viã & rationẽ tractãdi cæteras artes et diſciplinas eius ſubiectũ eſſe ens rationis (vt ſophiſtæ loquũtur) nã diſpoſitio argumẽtorũ atq; ordo et cætera. q̃ neceſſaria ſũt ad argumẽtationẽ cõficiẽdã opere cõſtãt rationis. Finis logicæ eſt rationẽ ipſã in ratiocinãdo & colligẽdo vnũ ex altero manuducere, hoc eſt diligẽter inſtruere. tradit. n. (vt dixi) modũ & rationẽ cõparandi & tractãdi artes ſingulas, quarum ὄργανον, id eſt inſtrumẽtũ appellatur & ab eodẽ lib. I. meta. ob eã cauſã τρόπος τῆς ἐπιστήμης. i. modꝰ ſciẽdi dicitur. hæc eſt. n. illa ars reſolutoria cuiꝰ meminit alexãder cõmẽtarijs ĩ locũ citatũ et cuius Cic. ſæpe numero mẽtionẽ facit. Ex quibus oĩbus quantũ ego exiſtimo huiuſmodi finitio logicæ capi poteſt. Logica eſt ars quædã rationem inſtruens

Finis Logicæ. · *Materia.* · *Partes.* · *Finis.* · *diffinitio*

atque docens quo pacto ſingulæ artes tractandæ ſint, quod ſi logica vt diximus circa cultum rationis occupatur dialectica vero (vt oſtendimus) res omnes ſubiectas habet & ſi logica omnia ſua præcepta refert: ad conficiendũ aliarum artiũ inſtrumentũ nempe argumentationem non dubium eſt quim diuerſa ſit à Dialectica,

cõfundũtur inter dũ logica & dialectica.

Quamquam autem logicus generalis artifex ſit. Et dialectica logicæ quædam pars cenſeatur, noſtra ætate vſus: & cõſuetudo etiã doctorum hominum inũaluit vt pro eadẽ re vtraque facultas vſurparetur, Neque culpandi aut reprehendendi ſunt qui noſtris temporibus vtraque voce ſine diſcrimine vtuntur. cum veteres philoſophi qui authoritate atque ſententia plurimum valent, Permixtim vtroque vocabulo ſint vſi. Plato enim multis locis præſertim verò lib. VII. de republica pro logica dialecticam accepit. Ariſtoteles etiam cùm probabilia argumenta logica vocat, Facultatem diſſerendi videtur logicam appellaſſe. Princeps etiam latini ſermonis Cicero logicam pro dialectica poſuit lib. de fato, quo loco logicã eſſe, inquit, diligentem rationem diſſerendi, quibus verbis alio loco dialecticam finierat. Et de finibus diſſerens, cùm vellet Epicuri ſententiam labefactare in altera parte (inquit) philoſophiæ quæ eſt quærendi atque diſſerendi & logicè dicitur iſte veſter planè inermis ac nudus eſt. Iſtorum ergo philoſophorum exemplo integrũ nobis erit duas iſtas voces confundere.

Rhetorica como=do differt Diſcrimẽ non exactum. /

Rhetorica vero licet à dialectica dſtinguatur nõ eo ſane nomine ab ea differt: quo plæroſq; putare video, Quod hæc contractior ſit. Rhetorica verò vberior atque fuſior. Quod ſenſerat zeno cùm dialecticam compreſſæ in pugnum manui ſimilem faciebat. Rhetoricam verò eidem in palmã protenſæ, quam ſententiam Ariſtotelem ſignificaſſe lib. I. rethoricorum ad Theodectem Cicero autor eſt lib. II. de finibus. Quo loco Ariſtoteles ait, ἡ ῥητορικὴ ἀντίστροφος ἔστι τῇ διαλεκτικῇ. Deceptus tamen eſt græcæ vocis ignoratione. Arbitratur namque, ἀντιστρόφοσ. Idem eſſe perpetuo quod ex altera parte reſpondẽs, quod ſi verùm ſit erit dialectica rhetoricæ contraria. Atqui dialectica ab Ariſtotele illis verbis non ponitur contraria ſed æqualis id enim

id enim ſignificat illa vox ἀντίστροφος, vt ſit ſenſus dialectica eſt rhetoricæ par, aut æqualis. Si quidem in rebus omnibus vtraq; verſatur, atque in contrariam partem vtraque de rebus omnibus diſſerit. Quam ob cauſam vtraque τῆσ δυνάμεως. Appellationẽ habet. Alia ergo ratione quæſtio expedienda eſt & dirimenda controuerſia. Nam huiuſmodi diſcrimen quod ſumus hactenus perſecuti, Ab accidenti ſumptum eſt. Aut à caſu potius profectũ quã à natura. principio verò licet vtraque facultas in eiſdem rebus verſetur (verſatur enim circa ſermonem) id quidem diuerſa ratione contingit. Quoniam rhetoricæ proprium eſt magna ex parte in rebus ſingulis verſari. Quæ ab oratoribus ὑποθέσεις, dicuntur. Magna ex parte dixi, nam interdum in quæſtionibus in finitis, Hoc eſt nullis circunſtantijs adhibitis, occupatur, quod planè intelliget qui Ciceronis orationes diligenter æuoluerit, maximè verò illam quam habuit pro Archiapoeta. Iuſtum prærerea, vtilè atque honeſtum conſiderat. Et ea in quibus verſatur omnia ad virtutẽ aut vitium refert. Dialecticæ tamen longè alia vis eſt, diuerſumque munus et officium. Nam cùm propoſita tractet quæ græci θέσεις, vocant, raro res ſingulas contemplatur. Nec ſolum tractat quæ ad tria prædicta genera reducuntur, ſed etiam quæ pertinent ad ſcientiam rerum comparandam. Verum autem vtriuſq; diſcrimen ex fine ſummitur, quòd dialectica, vt Paulo ante innuimus, circa rationẽ occupatur. Rhetorica orationis ornamenta perſequitur. Vnde ſola elocutio rhetoricæ facultatis propria cenſenda eſt. Cæteras partes quæ vulgo connumerantur habet quidem rhetorica cùm alijs artibus communes præſertim cum dialectica. Quam obrem definiri ſolet ars quæ docet benè atque ornate dicere.

Ariſto. 1. lib economicorũ.

Dialectica verò ars diſſerendi eſt. diſſerit autem de quolibet propoſito problemate ex probabilibus. Quemadmodum ex libro primo top. accipi poteſt. Appellatur autem dialectica, ars, non quòd ex multis ſit præceptionibus ad aliquem finem vitæ vtilem expectantibus vſu & exercitatione conquæſitis & in vnum exitũ ſpectantibus ac nunquam fallentibus animi quidam habitus aut præceptorum coacernatio.

uatio. Vt perionius refert lib. I. de dialectica. Huiuſmodi enim artis finitio nihil cum ratione atq; veritate coniunctum habet. Nã vt taceam longiſsimam eſſe illam Artis finitionem, quæ paucis verbis conſtare debuit Ariſtotelis opinione top. quinto. Qui artẽ ea ratione finiunt ignorata finitione peripatetica pro ea ſtoicorũ definitione vtuntur. Si quidẽ illi cùm in numero virtutum artes reponerẽt arbitrabãtur omnes artes in aliquẽ finem vitæ vtilẽ expectare. Deinde in eiuſdem vſu grauiter labuntur nam pro conſenſione coaceruationem collocant. Græce ſiquidem σύϛημα eſt, nã præcepta omnia artis conſentire debent inter ſe. Præterea rẽ quæ definitur & genus definitionis ex diuerſis accipiunt prædicamentis. Repugnante Ariſtotele cap. de qualitate. Et lib. VI. topicorũ. Nam ars qualitas quidem eſt, coaceruatio verò refertur ad actionem, poſtremo peccant maximè quod non explicãt definitione artis naturam ſed qualitatem. Vera autem definitio Ariſtoselis opinione oratio eſt quod quid erat eſſe ſignificans. Ex diffinitione enim illud dumtaxat colligitur oportere artis præcepta inter ſe conſentire. Vera eſſe. Atque etiam vitæ vtilia. ſed ars eſt, diſpoſitio quædam à communibus præceptis ad peculiaria deſcẽdens. Qua vnaquæque res facilius doceri atque percipi poſsit. Hæc enim finitio veritati eſt & peripateticorum doctrinæ cõſentanea vt facilè quidem habita methodi ratione conſtitui à nobis poteſt. Ergo vt ſermonem in pauca conferamus dictum eſt quo pacto dialectica à logica & rhetorica differat rurſum quæ ſit vera artis finitio.

i. top. c. 4

¶ *Quæſtio quinta.*

¶ *Vtrum dialectica de his ſit quæ natura conſtant an q̃ poſitione. Quod vulgo quærimus an dialectica diſſerat de vocibus an de rebus.*

Magna

Magna hinc ſtudij dialecticæ peſtis orta eſt. Dum quidam cupiunt vehementerque ſtudent quæ de dialectica ab Ariſtotele ſcripta ſunt ad res, quæ natura conſtant, referre. Alij contra ad nomina, quæ poſitione. Ne quid tamen inane relinqueretur pulchrum quibuſdam viſum eſt vtriſque ſe medios dare atque inſerere. Nec hoc contenti ſunt ſed tã auide quiſq; ſententiã ſuã amplexus defendit vt malit veritatem deſerere quam alteri cedere. Turpiſsimum eſſe ratus etiam ab ipſa veritate ſuperari, quod non tantum neothericis ſcriptoribus accidiſſe Video ſed etiam antiquis, maximis illis quidem perfectiſque philoſophis, diſpari tamen ratione exituq;. Veteres namque philoſophi dum vnam veritatem inuenire ſtudet in tot opinionum ſententiarúmque diſcrimina nihil ſimile cogitantes inciderunt. Neotherici verò tantum vt informes ſuos partus, opinionũ videlicet monſtra, in ſinu ſuo fouerent atque alerent, In tanta igitur ſententiarum varietate cenſui ad antiquitatem eſſe recurrendum. Quæ quo puriori animo ſtudet veritatem inquirere eo incorruptius de rebus ſingulis potuit iudicare.

Inter antiquos verò peripateticos Alexander aphrodiſienſis magnus Ariſtotelis interpres Exiſtimauit dialecticam, de qua hoc loco diſſerimus, totam occupari in vocibus, nudis illis quidem atque omni prorſus ſignificatu carentibus Ariſtotelis verbis (vti putat) perſuaſus. Is enim multis locis neglecta rerum conſideratione ad ſolas voces ſermonem transfert. Nam, vt cætera ſileam (inquit ille) in prædicamẽtorũ explicatione id ipſum ſignificaſſe videtur cùm vocẽ diuidit in incõplexã & complexam. Et poſt Paulo. Cùm eorum quæ ſine cõplexione dicuntur alia (inquit) ſubſtãtiam ſignificare, alia quãtitatẽ, qualitatẽ alia, & cætera. Præterea quia cum de ſyllogiſmo diſſereret in libro de priori reſolutione perpetuo ſyllogiſmos cõponit ex elementis. Significans parum aut nihil pertinere ad dialecticam rerum contemplationem. Euſtratius verò grauiſsimus philoſophus commentarijs in librum. II. de poſteriori reſolutione plane cum Alexandro pugnat. Arbitratur enim

Alexan. ait dialecticam eſſe de vocibus.

Euſtratiꝰ pugnat cũ Alexãdro.

totum

totum de dialectica negotium de rebus eſſe. Quibuſdam locis ex Ariſtotelis dialectica conuictus, quæ non ſatis nominibus aptari poſsint, vt ille putat, huiuſmodi eſt locus ille in prædicamentis. Eorum quæ ſunt, alia de ſubiecto aliquo dicuntur, &c. Et in libro de interpretatione. Rerũ aliæ ſunt vniuerſales aliæ particulares, multique alij non abſimiles, quos prudens prætereo.

Tertia ſẽtentia.

Nec de fuerunt qui dicerent vniuerſam de dialectica diſputationem de mentis cogitationibus eſſe atque conceptis, ob eam enim rem (aiunt) nominibus vtimur vt animi concepta interpretemur atque exprimamus. Sunt enim ea quæ ſunt in voce earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ, vt dixit Ariſtoteles.

Initio lib. de interpretatione.

Ego vero crediderim nec de nudis vocibus nec de rebus ſi per ſe conſiderentur. Nec de ſolis animi cogitationibus in dialectica eſſe ſermonem. Sed potius de nominibus res ſignificantibus medijs conceptis. Nam cum voces prorſus carentes ſignificatu quales ſunt blitiri & ſcindapſus, Nullũ vſum adferant diſciplinis, non oportet exiſtimare de vocibus tantum eſſe ſermonem. Præterea neque de rebus, cùm eis vti non liceat in diſputando. Nec enim eaſdem nobiſcum in ſcholas adducere poſſumus cap. primo elencho. Rurſum cùm mentis cogitata atque animi concepta niſi exprimantur vocibus intelligi à nobis nõ poſsint, Propter hebetudinem atque imbecillitatem ingenij. Non eſt cur exiſtimemus de conceptionibus animi hanc ipſam quam explicare volumus orationem haberi. Reſtat vt ſit de vocibus quæ res ſignificant poſitione, quarum à nobis conceptus habentur. Quod tametſi ita ſit (vt diximus) princeps ſanè locus nominibus tribuendus eſt, nam vocum proprietates atque affectiones, Terminorum videlicet propoſitionum & ſyllogiſmorum dialecticus perſcrutatur & inquirit. Quod facilè intelligere poſsit qui animum velit per Ariſtotelicum organum, id eſt, tractationem dialecticam, circumferre, atque Ariſtotelis in illis ſcriptis ſententiam rimari, præſertim ſi ſimplicia conſideret vt pertinent ad efficiendas propoſitiones. Has autem qua ratione referũtur ad ſyllogiſmum quem logica efficere cupit, & qui quattuor libris de priori reſolutione Et duobus

duobus de interprætatione & prædicamẽtis conſtat quibus libris potiſsimum logica continetur. nam dialectica quæ octo lib. top. exponitur licet vocibus vtatur ad diſſerendum res conſiderat quas ſubiectas habet. Et de quibus diſſerit vt ex eius finitione conſtare poſsit. & hac ſanè ratione diſſentientes iſti Autores componi poterun, vt dicamus alios logicam, Alios vero dialecticam ſignificare voluiſſe. Et in eam partem conieciſſe rationes atque argumenta. Præterea ita ſentit magna pars Doctorum hominum qui Ariſtotelem interprætantur. Quibus accedit ludouicus viues Hiſpanus noſter vir vndequaque doctiſsimus libro. III. de corruptis diſciplinis. Res vero in quibus huiuſmodi affectiones ſpectantur tã longè abſunt à logica conſideratione quam à grammatica & rhetorica res. Nam illas philoſophia ſuppeditat hijs facultatibus, vt enim recte dixit quidam cum de rhetorica loqueretur. Rẽ tibi Socraticæ poterunt oſtẽdere carthæ, Da quintiliane colorem. Cùm hæc igitur ita ſint poſtulare videtur ratio vt tanquam firmũ atque ſtabile conſtituamus, interim dum falſi eſſe cõuincimur tractationem dialecticam potiſsimum eſſe de vocibus, ſed quoniã res cum nominibus quibus ſignificantur magnã habent affinitatẽ arctiſsimoque vinculo copulãtur, efficitur vt Ariſtoteles cùm de dialectica agit interdum ad res ſermonẽ referat. Interdum ad nomina. Quam ſanè rationem citra reprehenſionẽ ſequi poſsit qui Ariſtotelem interprætatur.

Obiectio

Dicet fortaſſe quiſpiam hanc ipſam ſententiam noſtrã de ſubiecto & materia dialecticæ videri quidem alienam à veritate & ſententia Ariſtotelis, is enim pluribus locis res omnes facultati dialecticæ ſubijcit. Præterea contrariam eſſe hijs quæ ſunt à nobis definita in compendio dialecticæ. Et quæſtione ſecunda horum cõmentariorum.

Diluitur

Sed ſi rem contemplemur altius facilè quæſtionem propoſitam expediemus, & nos ab inconſtantiæ nota vindicabimus. Cum enim dialecticam dicimus in rebus omnibus verſari eã ſanè facultatem ſignificamus, Quæ vere dialectica ſit, de qua eſt ab Ariſtotele diſputatum. VIII. lib. Topico. Cùm vero dicimus vo

D cum pro-

cum propria aut affectus. Terminorum inquam enuntiationũ & ſyllogiſmorum tractari in dialectica, nomine dialecticæ eam facultatem ſignificamus quæ λογικὴ dicitur. Cuius potiſſimus ſcopus eſt demonſtrationem cõficere. Quæ ſit cæterarum artium & diſciplinarum inſtrumentum. De cuius forma, hoc eſt diſpoſitione enuntiationum, duobus libris de priori reſolutione Ariſtoteles diſſeruit De materia vero, id eſt, enuntiationum qualitate atque natura, duobus alijs libris qui de poſteriori reſolutione inſcribuntur. Nam cognitio quinque vocum de quibus agit Porphyrius ad Cathegoriarum atque enuntiationum intelligentiam maximè ſpectat. Sed vtrobique dialecticam vocamus quoniam nomen dialecticæ, vt ſuperius admonui, pro vtraque facultate frequenter vſurpatur.

¶ Queſtio ſexta.

¶ Quem ordinem ſequatur Ariſtoteles in tradenda dialectica.

QVoniam qui ad cuiuſpiam diſciplinæ faſtigium peruenire cupiunt ſi ordinem atque rationem perſpectam habeant quam in ea explicãda author ſecutus eſt minori ſanè negocio diſciplinam ipſam aſſequi poterũt, Antea quã quinque porphirij vocum interpretationem aggrederer, Quarum cognitio vniuerſæ dialecticæ atq; etiam philoſophiæ intelligendæ, non mediocre emolumentum eſt allatura, conſentaneum putaui paucis dicere quæ methodi ratio ſit ab Ariſtotele obſeruata in tradenda dialectica. id verò compendioſius atque exactius me præſtiturum ſpero ſi communes partes methodi primũ perſtrinxero. Dabitur enim locus aliquando vberius atq; accuratius dicendi de ſingulis eius generibus.

Tres partes methodi.

Illa verò tria potiſſimum eſſe feruntur. Vnum componendi. Alterum reſoluendi. Tertium diuidendi. Compoſitionis methodus

Cõpoſitio

eadem eſt cum methodo inuentionis. Ea vtimur cum quæ inuenta ſunt ita diſponimus vt addiſcentium captui quam optimè fieri poſſit accommodentur. Methodus verò reſolutionis contraria ratione procedit. Nam reſolutio ad artium inuentionem pertinet, eſt enim reſolutio proceſſus quidam à toto ad partes minutiſſimas.

reſolutio.

Diuiſio.

Methodo diuidendi, quæ potiſſimum ſpectat ad memoriam confirmandam, tunc temporis vtimur cum id de quo controuerſia eſt definitione primum explicatur, Deinde in partes diuiditur. Quouſque tandem ad elementa, hoc eſt partes quæ ſecari non poſſint, peruentum ſit. Quod genus dicendi Ciceroni eſt per quam familiarè. multis enim locis eo vtitur. Maximè verò in illis libris quos de philoſophia compoſuit. Hic autem ordo qui à nobis compoſitionis dictus eſt vulgo naturæ ordo appellatur. Quod eũ natura ſeruare ſolita ſit in rerum productione. Si quidem illa non ſtatim rem perficit atque abſoluit. Quinimo à rerum primordijs exorſa ſenſimque procedens inchoatis à ſe rebus non ſine longa mora faſtigium imponit. Arborem namque factura (verbi gratia) primum quidem altas radices (& quas plantæ os liceat appellare quoniam illis alimentum exugit ecommuni parente terra) ſolo diffundit, ex his truncum producit, Ramulos præterea veluti brachia diſtendit, frondes inſuper adijcit veſtium loco, Quæ plantæ ornatum decuſque conciliant. Igitur cùm tribus his modis rem quampiam explicare contingat, artium ſcriptores quoniã docere volunt, eũ magna ex parte vſurpant qui eſt à nobis compoſitionis ordo appellatus. Nã cum ars naturam immitetur quoad eius fieri poſſit conſentaneum eſt qui artem tradunt, eum potiſſimum ordinem obſeruare qui ſit naturæ admodum conſentaneus. Quam maximè fieri poſſit, dixi, quoniam interdum res ipſa non patitur eam à nobis tractandi rationem obſeruari. Vt initia rerum primum explicentur, quod vbi contingit naturalem vſum artis ſeruamus, id eſt, eum ordinem atque rationem qua homines vſi ſunt ſine vllis artium præſidijs ante artes inuentas. Quem quoniã à natura edocti ſumus. (Illo ſiquidẽ rudes etiã homines vtuntur) naturalem appellamus. Hunc Ari-

Ordo naturæ quis ſit.

Artis tradendæ ratio.

Ars imitatur naturam.

Præſertim ſi ille non pugnet cũ captu eorum qui diſcunt.

ſtoteles ordinem in explicanda dialectica ſecutus eſt. Cuius rei illud argumentum eſſe poſſit quod à vocibus ſimplicibus quæ ille prædicamenta vocat, orationis principium ſumpſerit, à quibus ad enũtiationem eſt progreſſus quæ ex illis incõpoſitis vocibus efficitur. Poſtremo loco argumẽtationum genera perſecutus eſt. Hinc manifeſtum atque planum eſt, Ita vt externis teſtibus aut argumentis vllis nulla ratione indigeat, à quinque Porpyirij vocibus initiũ eſſe faciendum hijs qui dialecticam adeunt. Quoniam illæ prædicamentorum cognitioni proximæ ſeruiunt.

A quinq; porphyrii vocibus incipiet qui parare dialecticam velit

Nec enim audiendi ſunt qui à neceſſaria fidei faciendi ratione (quam philoſophus demonſtrationem appellat) incipiendum eſſe putauerunt. Quod illa ſit logici negocij finis, & quã tota hac quærimus, diſputatione. Nam licec hoc verum ſit (vt ab Ariſtotele dicimus) quod eſt primum contemplantibus, id eſt, agentibus poſtremum. Sicut enim natura antea quàm prima rei iaciat fundamenta, velut a ſe capto conſilio, quid ſit quod facere velit, ſtatuit, neque ſolet ad id niſi per gradus quoſdam peruenire, Ita quoque accidit in his quæ ab arte proficiſcuntur & quæ ſunt hominis gratia inuenta. Nam ſi quis ſit qui velit domum parare atq; ſtruere vt cæli, iniuriam atque inclementiam depellat, principio apud ſemetipſum deliberat, Tecta conficere quibus protegi poſſit, quæ quoniam videt non poſſe ſolida atque ſtabilia conſiſtere niſi parietibus tamquã adminiculis atque fulcris vtãtur ad hos ſtatim mẽtem animumque conuertit, fundamenta poſtremo voluit animo quibus ante omnia iaciendis dat operam, vt ea ratione quod optat aſſequatur. Pari etiã ratione cùm logicæ ſcopus demonſtratio ſit, (Quemadmodum dictum eſt) voces autem inconiunctæ aut ſimplices prima eius elementa atque initia ſint, vt illa contemplantibus primum ſeſe offert ſic ſimplicia hæc poſtremo, atque vt in rebus cæteris quæ arte conſtant aut natura primæ partes totum antecedunt, ita quoque accidit in dialectica. Quamobrem primus locus ſuo iure debetur Porphyrij vocibus tanquam neceſſarijs ad prædicamentorum cognitionem.

Obiectio

Diluitur

Nollem

Nollem tamen putaret quiſpiam Ariſtotelem dialecticam nõ omnino perfectam abſolutamque reliquiſſe. Quod eidem Porphyrius iſtas quinque voces adiecerit. Sine quibus (vt quidam putant) vix ſatis conſtare poſſe dialectica videatur. Nam quæ Porphyrius in earum expoſitionem contulit fuerant prius ſparſim ab Ariſtotele ſcripta, A quo illa omnia veluti præcario accepta ſunt, Quemadmodum cùm eas voces exponemus monſtrabimus. Quod ſi hæc ab Ariſtotele dicta non fuiſſent nulla ratio eſt cur Ariſtotelis diligentiam quiſpiam debeat aut poſſit reprehendere. Artium enim principia (vt in peroratione dialecticæ ab eodem ſcriptum eſt) molle minima ſunt & minutiſſimis quibuſdã auctibus conſtant. Quãobrem vt naturam quæque ſuam accipiant & ad finem in quem ſunt deſtinata perueniant longo temporis curſu opus eſt. Nulla ſiquidem ars inueniri ſimul potuit atque perfici. Maiorque gratia habenda eſt illi qui artem prius inuenit, Tametſi illam inchoatam tantum reliquerit, quam qui ab alio inuentis multa atque eadem egregia adiecerunt. Eſt enim cuiuſuis ingenij (vt primo Ethicorum dicitur) alieno labori aliquid addere. Artium verò primordia poſita in ſinu naturæ nemo poſſit niſi cui acre admodum atque fœlix ingenium contigit, videre. Quam ob rem ſi quid ab inuentoribus artis prætermiſſum ſit non eſt quidem ſocordiæ aut negligẽtiæ imputandum. Sed immortales illis potius agendæ gratiæ.

Obiectio.

Diluitur

Sed iam tempus eſt vt ad ea quæ inſtituto noſtro maximè conſentanea & coniuncta ſunt properemus. Breuique dicamus quænam ſit ſubiecta materia huic libro quem interpretamur. Prius tamen lector admonẽdus eſt hunc librum qui de quinque vocibus agit in gratiam Chryſaorii ſcriptum fuiſſe à Porphyrio. Nam cum eius monitu (quem inſtituebat) in Siciliam nauigaſſet. Vt cauſam æthnei ignis intelligeret. Euenit (Ita vt fit) vt in manus Chryſaorij inciderent Ariſtotelis cathegoriæ. Quas cum ille nõ omnino intelligeret, Propter quarundam vocum obſcuritatem, Cupiditate illectus hanc partem dialecticæ pernoſcendi Porphyrio ſcripſit vt abſoluta hiſtoria ex ſicilia ſolueret, aut aliquid mitteret cuius præſi-

Cuiꝰ gratia porphirius quinq; iſtas voces collexerit.

 dio

dio Ariſtotelis prædicamenta non ſine fructu poſſet legere. Ille cũ inchoatam tantum hiſtoriam haberet conuenientiſſimum ratus Chryſaorio ſatiſſacere hunc libellum compoſuit in quo de quinque vocum natura communibus atque differentijs longo ſermone diſſeruit.

Materia huius libri.

Sunt autem hæ quinque voces ſubiectum non ut ſunt ſingule per ſe ſed ut conueniunt in una ratione communi nempe in hoc quod prædicari

Hinc planè conſtat, ſi quis roget quæ nam ſit ſubiecta materia huius libri quinque illas voces eſſe, genus ſpeciem, differentiã, proprium, atque accidens. Quarum ſpacioſo ambitu omnia rerum genera quæ in natura inſunt complectuntur. Quoniam vero in præſentia de his vocibus diſſeritur quatenus vniuerſales ſunt, hoc eſt multarum rerum cõmunes, Alio nomine quinque vniuerſalia appellantur. Rurſum cùm vniuerſalia hæc inuicem prædicentur, quẽadmodum ſuis locis dicemus, vt hic liber de quinque vniuerſalibus appellatur ita quoq; vulgo dicitur de quinque prædicabilibus. Prædicabile verò & vniuerſale re ipſa conueniunt. Ratione tamẽ aut animi cogitatione diſtinguuntur. Eſt ſiquidẽ vniuerſale, quod plurium commune eſt vna eademque ratione. Prædicabile, quod de pluribus, quorum eſt commune prædicatur.

Diſcrimẽ prædicabilis et vniuerſalis.

Titulus.

Inſcribitur græcè ἰσαγωγή, Latine introductio dici poteſt. Ex qua quidem inſcriptione plærique anſam atque occaſionem ambigendi acceperunt. Nam cum nomen infinite poſitum ſit; & ſint multa ad quæ introductio eſſe poſſit obſcuritati locus relictus eſt ad quæ nam iſtorum hic liber manu ducat, hij tamen ignoratione conſuetudinis loquendi quã philoſophi ſeruare ſolent, decepti ſunt. Solent enim illi cum rem magnam, & quæ ſit aliarum rerum veluti finis, explicare volunt, Infinito eam nomine ſignificare. Quia ergo inter cæteras diſciplinas principem locũ tenet philoſophia. Cui tanquam parenti atque reginæ reliquæ, vt Ancille penelopes, famulãtur, Porphyrius cum introductionem dixit. Nulla adiecta voce docere nos voluit hanc ipſam introductionem potiſſimũ pertinere ad philoſophiam atque in illam tanquam in finem vltimum referri. Licet proximè (vt Paulo ante dicebam) prædicamẽtorum cauſa ſit ædita. Prædicamentum enim pars dialecticæ eſt. At logica ipſa

Ad quæ ſit iſta introductio.

gica ipſa non ſui cauſa ſed philoſophiæ potius inuenta eſt, vt illi (in quam) inſtrumentum conficeret. Demonſtrationem videlicet. Satis verò putauit Porphyrius introductionem dixiſſe. Quod facilè percipi poſſet ad philoſophiam eſſe introductionem.

¶ *Proœmij argumentum.*

Duo præſtat.

More elegantium ſcriptorum Porphyrius vniuerſum hoc negotiũ in duas partes diſtribuit. In procœmium. ſ. & tractatum. In hac ſecunda parte quinque capitibus quinque vocum naturam atque ſubſtantiã explicat. In altera vero (quod eſt proprium eius partis) lectorem hortatur atque eidem calcaria admouet, quibus ad lectionem incendatur. Et facile laborẽ contemnat. Id autem quoniam videbat apte fieri poſſe. Vtrumque ſumma diligentia complexus eſt. Primum vero proponit, bonũ quod legentibus præſtare poſſit hic liber. Nullus. n. eſt tã iners atque etiam tam rudis veri qui nõ ſponte laborem ſubeat ex quo ſe vtilitatem cõſecuturum ſperat. Nam cum bonum opinione philoſophorum rerum omnium fons atque origo ſit. In quod redeunt omnia cum ab eo prodierint, Omnia illud expetunt impellẽte natura. Deinde quoniam malum expetit nullus: Difficultatẽ quæ deterrere poſset ab iſtarũ vocum lectione Procul remouet. Primum efficit. Inquiens.

Hortatur ad lectionem.

Proponit vtilitatẽ.

Difficultatem remouet

Cum ſit neceſſarium Chryſaori. &c.

Alterum dum pollicetur compendioſam ſe facturum tractationem. Si quidem compendium breuis eſt, dilucida, atque aperta rei expoſitio. idẽ quoq; efficit dum, ait. Theologicas atq; arduas quæſtiones à ſe minime tractandas eſſe. et ne ſingula per ſequar quæ ſunt à me ſuis locis fuſius dicenda, Dum promittit Imitaturum ſe peripateticos, Idem profecto efficere ſtudet.

Proœmium.

CVm ſit neceſſariũ, Chryſaori. & ad eam quæ eſt apud. Ariſtotelem Prędicamẽtorum doctrinã, noſſe quid ſit Genus, & quid Differẽtia, quid ſpecies, quid ꝓpriũ, & q d accidẽs, & ad definitionũ aſſignationẽ, & omnino ad ea q ĩdiui

 ſione

ſione, vel demõſtratione ſunt, vtilia: de iſtarum rerũ ſpeculatione cõpendioſam tibi traditionẽ faciens, tentabo breuiter, velut introductionis modo, ea, quæ ab antiquis dicta ſunt, aggredi, altioribus quidem quæſtionibus abſtinens, ſimpliciores verò mediocriter coniectans.

Mox de Generibus, & Speciebus, illud quidẽ ſiue ſubſtant, ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint: ſiue ſubſiſtẽtia, corporalia ſint, an incorporalia: & vtrum ſeparata à ſenſibilibus, an in ſenſibilibus poſita, & circa ea conſiſtentia, dicere recuſabo: altiſſimum enim negotium eſt huiuſmodi, & maioris egẽs inquiſitionis Illud verò quemadmodũ de his, ac de propoſitis magis probabiliter antiqui tractauerunt, & horũ maximè Peripatetici, tibi nunc tentabo mõſtrare.

ANtequam commentarios in ſingulas voces Porphyrij conficere incipiamus æquum eſſe duximus lectorem admonere veterem tranſlationem nos fuiſſe ſecutos, Ne videremur veteri atque receptæ conſuetudini non morem genere. Quæ quoniam non omnino exacta perfectaque eſſe potuit, Qua in parte aut ab errare ab Scopo. Aut parum accurate Porphyrij ſenſum reddere videatur paucis corrigemus. Secundo loco animaduertendum eſt quod tametſi magna pars ſcriptorum huius ætatis eam rationem interpretandi ſequatur, vt nulla aut perquam exigua ratione habita eius authoris quem ſe fatentur enarrare toti in tractandis in contrariam partem quæſtionibus occupentur, Ego quidem magnis rationibus perſuaſus bonam partem huius laboris

Ratiò explanandi quinq; voces quenā ſit quā in

eſſe ſuperuacaneam, Minuſque fructus præſtare quam polliceatur longè ab horem inſtituto abhorrens, ſtatui veterum & grauiſſimorum interpretum more vniuerſam meam operam quantulacumq; illa ſit, in explicationem ſententiæ Porphyrij conferre, & quã maximè aperte poſſim ea diſſerere quæ ab antiquis hominibus de dialectica tradita ſunt aliquantulo obſcurius. explanata verò ſententia porphirij, quæ ab illo aut conciſa admodum oratione, aut parum accurate ſcripta ſunt in quæſtionem vertimus. Et coniectis in vtramque partem rationibus veritatem inquirimus hæc enim, ſcribendi ratiò maximè proderit hominibus huius ætatis. Et dũ hoc facimns publicam atque receptã cõſuetudinẽ ſcholarũ retinemus.

preſentia ſequimur.

Quoniam verò Porphyrius ex iſtarum vocũ cognitione ad multa (inquit) vtilitatem capi poſſe. Id mihi paucis initio explicandum eſt. Quadrifariam igitur quinque vocum notitia vtilis eſt. Primũ ad intelligentiam prædicamentorum. Deinde ad aſſignandas rebus definitiones. III. Ad faciendas diuiſiones, vltimo ad conſtituendas ratiocinationes demonſtratiuas. Id autem quoniam non ſatis compertum eſt, Breui monſtrabo. Et quidem quod ad prædicamentorum cognitionem conducat. Hoc eſt ad intelligendam methodum qua Ariſtoteles vtitur in prædicamentis. Contextum videlicet atque diſpoſitionem eorum quæ in eiſdem collocantur. Ita probatur. Nam cum in decem prædicamẽtis reperiantur ſuprema genera, præterea intermedia quæ ſubalterna vocant poſtremo formæ quædam quas ſpecies infimas appellant, quæ partim differẽtijs conſtituuntur, & ſeparantur, partim diſtinguuntur proprijs, & nouem præterea ſint prædicamenta accidentium, qui has quinque voces ignoret, fieri non poteſt, vt rectè ad vnguemque prædicamẽta cognoſcat. Recte ergo dictum eſt, iſtarum vocum cognit[illegible] ad prædicamentorum intelligentiam conducere, præſertim cum ſæpè numero in prædicamẽtis mentionem Ariſtoteles faciat iſtarũ vocum quibus ignoratis non facilè parabitur prædicamentorum cognitio. Quoniam verò de prædicamentis præter Ariſtotelem multi ingenio clari ſcripſerunt. Non ſolum poſt Ariſtotelem ſed

Quæ & quot commoda porphyrius dicat capi poſſe ex cognitionẽ quinque vocũ.

Ad prędicamẽtorũ cognitionẽ vtilis notitia quinq; vocum.

etiam ante eius ætatem fortaſſe cupiens hoc ſignificare Porphirius (inquit) ὄντος ἀναγκαίυ χρισαόριε καὶ εἰς τὴν τῶν παρὰ ἀριστοτίλει κατιγορῖων, διδασκαλία.

Hoc eſt cum ſit neceſſarium chryſaori & ad eã quæ eſt apud Ariſtotelem prædicamentorũ doctrinam.&c.

Quanquam ea coniunctio optimè quidem ad ea quæ ſequuntur referri poſsit. Vt ſit eius orationis ſenſus. Non tantum præſtare exactam conſiderationem iſtarum vocum vſum prædicamentis percipiendis, ſed intelligendæ etiam naturæ diffinitionis, diuiſionis & demonſtrationis, tametſi (vt mihi quidem videtur) huiuſmodi ratio loquendi emphaſim habet, quaſi dicat ad præclariſsimam illam doctrinam prædicamentorum, quæ eſt ab Ariſtotele tradita: licet enim (vt diximus) plærique alij de prædicamentis ſcripſerint nemo ita eleganter atque accurate vt Ariſtoteles. Is enim ſparſa & citra ordinem ſcripta & collegit in vnum & in ordinem redegit. Vt idẽ teſtatũ nobis reliquit in per oratione totius dialecticæ.

Prædicamenta Ariſtotelis.

Sed quoniam aliquantulum difficile explicatu eſt qua ratione iſtarum vocum cognitio ad faciendas definitiones. Diuiſiones, & demonſtrationes conducat, placet longius aliquantulo petita narratione de hac ipſa re agere. In qua (vt opinor magna pars dialectici negotij) ſita eſt.

Differendi artem quinque velut partibus conſtare, Ariſtoteles putauit. Diuiſione, definitione, demonſtratione, compoſitione. Reſolutione, de quibus quoniam ſeparatim habita eſt à nobis oratio in præſentia dumtaxat percurram quæ huic inſtituto meo ſatis eſſe poſsint. Plato cum cæteras omnes partes connumeret quæ ſub eius nomine à Cicerone etiam referuntur in academicis quæſtionibus. Et ſecundo libro de finibus, compoſitionem prætermittit. Ob eam fortaſſe rationem quod illa ad definitionem quæ rei partibus conſtat quodammodo pertineat. Sed quoniam in orationem pa-rum frequenter incidunt duæ illæ partes, Compoſitio & reſolutio. Et præterea quia de illis eſt à nobis vberius diſputatum in libello de quinque partibus facultatis differendi, Nec earum partium Porphyrius vllam mentionem facit eas in præſentia miſſas facere libet. Quarum fortaſſe Porphyrius non meminit quoniam magna affinitate tribus alijs cõiunctæ ſunt. Nam cum reſolutio diductio quædam ſit compoſiti in ea ex quibus confectum eſt ad diuiſionẽ proximè videtur accedere, licet vtriuſque diuerſam eſſe naturam à nobis monſtratum ſit loco citato, atque etiam in commentarijs librorum de priori reſolutione, Compoſito verò fortaſſe ad definitionem relata eſt. Cum eidem nõ ſit prorſus abſimilis. Reliquæ partes hunc locum habent in diſputatione, Vt primum omnium conſtituatur diuiſio. Secundum locum definitio teneat. Tertium atque poſtremum demonſtratio. nam cùm ſpeciei aſsignanda ſit definitio, ſi id de quo agimus ſit genus aut commune aliquod, neceſſarium eſt vt id ipſum commune principio diſtribuamus, Vt poſsimus admonere qua ratione de eo ſermo habeatur. legitimam præterea ſingulis membris finitionem tribuamus nihil ambagibus vſi. Rurſum cùm diuiſio ſit generis in ſpecies per differentias, aut propria, facilè nobis ſupeditabit eas partes quibus definitio aut (ſi ea non ſuppetat) deſcriptio conſtat. Quare ſi definire non licet nec rem deſcribere niſi præcognitam habeamus naturam diuiſionis planè conſequitur in diſputatione principem locum habere diuiſionem. Huius enim documenti habita ratione Porphyrius differentiæ finitionem quæſiuit atque conſtituit. Ariſtoteles etiam animæ finitionem libro de animalibus primo. Et primo æthicorum virtutis finitionem.

Partes facultatis differẽdi.

Quot partes referat Plato.

Cicer. editione ſecũda.

Reſolutio ad diuiſionem accedit.

Cõpoſitio ad definitionem accedit.

Ordo triũ partium dialecticę

Diuiſio primo loco.

Ariſtoteles qua ratione finitionẽ quærat.

Secundo loco definitio eſt. Non tam quòd diuiſione efficiatur (vt diximus) quam quod conficiendis demonſtrationibus in primis eſt neceſſaria. quam rem libro ſecundo de poſteriori reſolutione Ariſtoteles latiſsime perſequitur. Et nos interim ne de re neceſſaria (quod nihil omnino dixerimus) increpemur pingui

Definitio ſecũdo loco.

Definitioni ſer-

licet

uit conſiciendę demõſtrationi.

licet minerua, paucis rem attingemus. Etenim in demonſtratione propter quid, in qua per cauſam effectus colligitur id efficere volumus vt per definitionem quæ pro medio in ea demonſtratione accipitur propriam paſsionem, quæ maius extremum eſt, De ſpecie, quam interdum genus, interdum ſubiectum Ariſtoteles appellat Et eſt minus extremum in demonſtratione, Colligamus. Exempli gratia. Omne animal particeps rationis eſt aptum ad ridendum. Homo animal eſt rationis particeps, ergo eſt aptus ad ridendum. Id verò apte (vt conſtat) commodeque fieri non poteſt ſi natura atque leges definiendi ignorentur. Iure ergo ſuo demonſtratio poſt definitionem collocanda eſt. Quibus vtcumque expoſitis conſtitutiſque Reliquum eſt iam vt oſtendamus quinque vocũ cognitionem magno vſui eſſe his qui definire, diuidere, & demonſtrare, exacte volunt, quod Porphyrius initio huius præfationis teſtatus eſt.

Obiectio. De ordine iſtarũ partium. Diluitur

Nihil autem perturbari debemus (vt id quoque obiter attingam) tametſi à Porphyrio definitio ante diuiſionem connumerata ſit, quæ eſt diuiſione natura poſterior. De quare video plæroſque veterum expoſitorum contendere. Nam cum hoc loco de natura atque ordine iſtarum partium ex profeſſo dicere, Porphyrius non inſtituerit. Nulla ratio eſt cur non poſsit quæ velit priora aut poſteriora facere. Cum verò ſecundum artem atque rationem præcepta traduntur, multum ſanè intereſt. Neceſſe enim eſt qui ſcribit artis præceptis ſeruire.

de diuiſione ſermo.

Sed anteaquam oſtendam ad faciendam diuiſionem conducere iſtarum vocum intelligentiam de ratione diuidendi pauca mihi dicenda ſunt. Atque obiter refellendus publicus quidam error. Sunt enim hæc propoſito negotio admodum conſentanea. Triplex ratio diuidendi vulgo traditur. Nam diuiſio aut eſt generis in ſpecies, aut totius in partes, aut vocis in res ſignificatas. Quæ alio nomine diuiſio æquiuoci in æquiuocata nuncupatur, quibus modis licet diuiſionẽ fieri dicat nõ modo Boëtius, qui à Rodolpho fuiſſe traditur poſtremæ huius partis inuẽtor, ſed Ammonius etiã hermeas atque

Triplex diuidendi forma. Boethius rodolph⁹ Ammonius.

atque ſimplicius, re vera prima tantum forma diuidendi diuiſio cẽſendi eſt. Nam ſecunda quidem ab Ariſtotele & Cicerone partitio dicitur tertia à quibuſdam enumeratio, ab alijs verò diſtinctio appellatur. Duabus poſterioribus relictis de quibus alibi conueniẽtius dicetur, Prima diuidendi ratio multis modis contingit. Nam genus aut diuiditur in ſpecies per differentias. Vt animal in hominem & brutum per compos rationis atq; expers. Aut per propria vt animal, per aptum ad ridendum, & non aptum (eſt enim nobis interdum pro differentijs & proprijs priuatiuis nominibus vtendum. Tunc maximè quando vera atque germana non ſuppetunt) aut per accidentia. Vt per album & nigrum, cæteraque id genus.

nius. Simpli. Partitio. Enumeratio. Diuiſio generis multifariam ſit.

Parum autem exactè & loquuntur & ſentiunt. Qui genus aiunt in ſpecies diuidi. Aut differentias. Aut propria, aut accidentia. Nam tametſi rectè dictum ſit genus in ſpecies diuidi hoc pacto. Animalium aliud homo. Aliud brutum. Error eſt profecto error, exiſtimare genus diuidi in differentias. Propria aut accidẽtia. per hæc tanquam per media genus quidem diuiditur. Atq; eiſdem ſpecies diſtinguntur, in quas ipſum genus diuiſum eſt. Hoc enim ſenſu accipiendum eſt quod in capite de differentia Porphyrius inquit triplicem eſſe differentiam. Quaſi diceret, omnia quæ differunt vno è tribus modis differunt. Aut ſpecifica differentia. Aut propria aut communi. Ariſtoteles etiam lib. II. de poſteriori reſolutione. Genus dixit, per differentias diuidi. Et præterea libro. I. de partibus animalium. Nunquam verò dixit genus diuidi in differentias. Eruditos etiam homines, ita loqui nouimus, vt hominẽ dicant à Bruto differre rationali, quæ eſt differentia, aut riſibili, quod proprium eſt. Aut albo vel nigro, quæ ſunt accidentia. Cum vero ſecundum leges exactæ rationis diuidendi neceſſariũ ſit quod diuiditur de mẽbris ac partibus diuiſionis prædicari, animal enim exempli gratia, de homine & brutis animantibus prædicatur, in quæ diuiditur, ſiquidem homo animal eſt. Et bruta animantia animalia ſunt hinc enim efficitur vt, nulla diuiſio fieri poſsit per oppoſita, Aut repugnantia. Alioqui idem de duobus oppoſitis diceretur,

Gen⁹ non diuiditur in differentias & ꝓpria ſed ꝑ differentias & ꝓpria Porphy. Ariſtot.

Vſus loquendi.

ratio cur ita ſit.

tur, quod prorſus abſurdum eſt atque impoſsibile. Si genus diuideretur in differentias propria & accidentia genus de illis prædicaretur, hoc autem planè falſum eſt, quoniam non dicimus rationale eſt animal. Riſibile eſt animal. Aut album eſt animal, ſunt enim huiuſmodi prædicationes omnes præter naturam. Atque ob eam rem nulla ratione pertinent ad diſciplinas, quemadmodum Ariſtoteles in primo libro de poſteriori reſolutione ſcribit, & monſtrabitur à nobis in calce huius commentarij fuſſe, & copioſe. Ne in præſentia modum, qui eſt in qualibet re optimus, exceſsiſſe videamur. Igitur cum diuiſio generis in ſpecies partim fiat per differentias, partim per propria, partim per accidentia, de quibus omnibus à Porphirio in præſentia ſuſcepta tractatio eſt, exiſtimandum eſt, harum quinque vocum notitiam adfaciendas diuiſiones eſſe in primis neceſſariam. Rurſus ad aſsignandas rebus diffinitiones. Nam primum præceptum artis diffiniendi eſt, definitionem rei ex genere & differentia conſtare, quòd ſi non ſuppetant differentiæ, ex proprio aut communibus accidentibus ad propria redactis, nil autem diffiniri poteſt niſi ſit ſpeties, quare iſtarum vocum notitia ad diffinitionum aſsignationem non parum conducit. Poſtremo ad demonſtrationes conſtituendas nam cum facultatis demonſtratiuæ proprium ſit non ex extrarijs aut quæ rei accidunt ſed expropriјs & ad naturam rei de qua facimus demonſtrationẽ pertinentibus colligere concluſionem, ad id autem conſequendum pro medio ponenda ſit definitio, quæ ex genere & formarum efficientibus differentijs conſtituitur, per quam de ſpeciæ quæ minus extremum eſt, propria paſsio, quæ pro maiori extremo vſurpatur, colligitur, in hanc autem compoſitionem demonſtrationis quinque voces incidant, palam eſt ad faciendas demonſtrationes, in primis eſſe vtilem, quinque Porphyrianarum Vocum cognitionem. Rectè ergo dictum eſt à Porphyrio, neceſſarium eſſe ſcire quid ſit genus, quid differentia, quid ſpeties, quid proprium, atque accidens ad Ariſtotelis prædicamenta, definitionum aſsignationem, & cõſtitutionem demonſtrationum.

Quòd cognitio iſtarũ vocum proſit ad faciẽdas diuiſiões

Conducit etiam ad faciendas definitiones rerũ.

Vtilis eſt etiam ad conſtituẽdas demõſtratiões

Cum ſit

¶ Cum ſit neceſſarium chyſaori.

Neceſſarium quo pacto accipiatur in preſentia.

SEd cum neceſſarium multis modis à philoſophis vſurpetur poſſet à nobis quiſpiam quærere qua ſignificatione dixerit Porphirius neceſſarium eſſe has voces cognoſcere ad cognoſcẽdas eas partes facultatis diſſerendi, quas paulo ante retulimus. Cuius dubitationi vt facere ſatis poſsimus: animaduertendum eſt, duplicem eſſe vſum neceſſarij, primum quidem ſimpliciter atque abſolute neceſſarium dicitur, eſt autem id, Quod perpetuum eſt, qua ſignificatione deum vocamus neceſſarium, deinde vero ad alterum refertur, qua ratione ſi conſideretur duobus quoque modis dicitur, nam aut conuertitur cum vtili, aut cum bono, quorum vtrumque neceſſarium appellamus, nam indumentum homini vtilè ad æſtus vim, & ſæuæ hyemis tempeſtatem repellẽdam, vulgo neceſſarium dici conſueuit, potio quoque amara infirma vtenti valetudine neceſſaria dicitur. Eiſdem præterea modis bonum dicitur. Eſt autem bonum quod propter ſeipſum, & minimè alterius gratia expetitur, qua intelligentia, pietas, virtus, fœlicitas, & id genus alia paſſim cenſentur in bonis. Cùm ergo duobus modis (vt inſinuauimus) dicatur neceſſarium, iſtarum quinque vocum cognitio non eſt neceſſaria primo modo, vt palam eſt, eſt tamen ſecundo modo neceſſaria, ſiue neceſſario vtamur pro vtili, ſiue pro eo quod eſt ſuapte natura expetendum. Ad aliud enim referri multis argumentis ſuperius probatum eſt. Quod autem bonum quoddam ſit, atque obid propter ſe expeti debeat, etiam ſi nec ad artem, nec ad facultatem diſſerendi pertineret argumento eſſe poteſt, quòd omnis rerũ cognitio per ſe eſt ab homine requirenda cum ea ipſa perficiatur intellectus, atque animus excolatur, cui natura ineſt inſaciabilis, atque infinita cupiditas ſciendi, quemadmodum in prima philoſophia docet Ariſtoteles.

Neceſſarium duobus modis dicitur.

Bonũ duobus modis dicitur.

Secundo modo neceſſaria eſt cognitio quinque vocũ

C.1.lib.1.

¶ Noſſe quid genus quid differentia, quid ſpecies, quid proprium atque accidens ſit.

Quoniam

de ordine qnq; iſta vũ uocum

Ratio dubitandi.

Quoniam Porphyrius nõ eodem ordine numerat ſingulas iſtas voces in præſentia quo de illis ſeparatim diſputat, nihil autẽ temere à magnis philoſophis factum eſſe putandum eſt tentandum eſt inueſtigare quo conſilio in referendis quinque iſtis vocibus hunc ordinem obſeruarit, vt dixerit. Cum ſit neceſſarium. Noſſe quid ſit genus quid differentia, quid ſpecies quid proprium, atque accidens, huius verò ordinis duplex cauſa reddi poteſt, vna eſt vt præceptum Ariſtotelis ſeruaretur lib. III. phiſicorum aſſerentis, oportere vt comunium contemplatio propriorum contemplationẽ antecedat, cùm de re quapiam diſputamus ſiquidem longe facilius eſt communia vtcumque cognoſcere quàm peculiaria atque propria, & eſt in diſciplinis inde incipiendum (eodem ariſtotele authore) vnde quis facilius diſcat. Quare cum genus longè ſit cæteris communius, ratione ita poſtulante, primo loco repoſitum eſt. Secundus locus eadem ratione tributus eſt differentiæ, Quoniam amplior eſt ſpecie maioremque habet cum genere cognationem. Vnde in topycis, dixit Ariſto. ad genus eſſe referendam. Nam prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, vt Porphyrius ait. Species autem de pluribus numero tantum differentibus. Proprium atque accidens poſt hæc omnia ſunt collocanda. Deinde id factum eſt non tam nominum & vocabulorum quam naturæ rerum ratione habita. Nam cum ſpecies ex genere & differentia, tanquam ex partibus componatur ad ſimilitudinem rerum naturalium, aut earum rerum, quæ arte fiunt, conſentaneum fuit, vt partes quibus conſtat ſpeciei finitio ſpeciem quoque ipſam præcederet, quare non immerito genus & differentiam Porphirius ſpetiei præpoſuit. Et cum in ſpetiei conſtitutione genus materiæ vicem habeat, differentia verò formæ, & materia naturæ ſit prior quã forma, vt primo phyſico ſcriptum eſt, Eſt enim ſubiectum, non ſine cauſa factum eſſe putãdum eſt, vt genus differentiam antecederet. Deinde ſubſequeretur ſpecies, poſt ſpetiem connumeraretur proprium, cùm ex princi pijs ſpetiei ortum habeat, vltimum locum haberet accidẽs, tanquã à ſubſtantia (ſi cum cæteris conferatur, maximè alienum & peregrinum) indiuiduorum verò, quæ præter hæc ſunt, meminiſſe neceſſarium non fuit, quia cum ortui ſint atque interitui obnoxia, & propterea infinita atq; incerta, procul ab arte ſunt. Ea enim dumtaxat contemplari philoſophi debent quæ vniuerſalia ſunt. Quoniam hæc tantũ ſciri poſſunt. Sunt hæc genus, differentia, ſpeties, proprium, atque accidens, quæ ſingulari quadam diligentia, atque induſtria philoſophiæ principes authoreſque excogitauere, vt res occultas, earumque rationes in ſinu &, vt ita dicã, mageſtate naturæ abditas hominibus explicarent. Si quidem paucis his vocibus compendioſe quidem rerum omnium memoria tanquam in theſauro aſſeruatur. Propoſita libri vtilitate reliqua oratione ſtudet Porphyrius ad lectionem operis & quinque vocum contemplationem, hortari, atque allicere. Quod vt efficiat, ea primum de medio tollit impedimenta, quibus ad iſtarum vocum cognitionem præcludi aditum arbitratur. Et cum omnis quæ pueris traditur de re aliqua inſtitutio, breuis atque aperta eſſe debeat, ne rerum difficultate perterriti lectores labori ſuccumbant, animumque deſpondeãt, quod contingere ſolet, tum orationis obſcuritate, tum eorum quæ dicuntur longitudine, duabus enim illis rebus potiſsimum conſtat officium boni præceptoris ſi relinquat quæ nõ ſunt neceſſaria, & ſingula ſic tractet vt qui audiunt facilè poſsint fructum vberrimum ferre. Quorum præceptorum neglectus dedit nobis tam vberem ſophiſtarum prouentum, difficile eſt enim prudentem præceptorem reperire. Iſtarum rerum haud, immemor Porphyrius, pollicetur compendioſam tractionem, & introductionis modo, earũ rerum quæ veteres philoſophi tradidere. Altioribus quæſtionibus prorſus prætermiſsis, ſimplicioribus autẽ & quæ ad rem ipſam maximè pertineant mediocriter tractatis.

Diluitur quæſtio.

lib. 1. c. 4 Ca. d dif.

2. ratio.

Hortatur ad lectionem porphyrius.

Duab⁹ rebus potiſſimum cõſtat officium prudẽtis præceptoris.

Quamobrem de generibus & ſpeciebus cæteriſque ſimilibus. Quorum mentionem hoc loco minimè facit. Dicere, inquit, recuſabo. Eſt enim iſtarum rerum conſideratio, atque perceptio longè difficilima, nec dialecticum vllo pacto attingit, ſed potius primum philoſophum. Retulit autem in præſentia Porphyrius tantum ge-

OTECA UNIVERSITA

Cur tantum genus atque ſpeciem retulerit. Inſunt enim ſpeciei aut indiuiduis ſub ſpecie contentis.

nus & ſpetiem quoniam reliqua tria vniuerſalia in his duobus inſunt poteſtate. Nam differentia poteſtate eſt in genere, actione verò in ſpetie. Proprium in ſpetie ineſt. Cum ab eiuſdem partibus coniunctis ortum habeat. Eademque ratione, accidentia. Quæ nam verò ſint dubitationes, quas poſſet adducere in medium de quinque propoſitis vocibus Porphyrius exponit ſolum vt admoneat ſuperuacaneum eſſe laborem qui in eiſdem explicandis inſumitur, ab his præſertim qui primam philoſophiam ignorant. Sunt autem hæ. Vtrum genus & ſpeties & cætera Vniuerſalia per ſe ſubſiſtant. An in ſolis & nudis intellectibus ſint poſita. Quòd ſi per ſe ſubſiſtant vtrum corporata ſint, an corporis expertia. Si corporata vtrum a ſenſibilibus rebus abiuncta an in eiſdem poſita. Quæ quidem omnia Porphyrius cœpit à Platone, is enim in principio philebi, ait, has ipſas quæſtiones adduci poſſe in medium de vniuerſalibus notionibus. In quibus proponendis eum ordinem obſeruat, Qui vulgo obſeruari conſueuit cum de re quapiam interrogamus. Vt hac quoque parte legentium ruditati conſuleret. Res enim aut per ſe conſtant. Vt Socrates Plato: aut in anima inſunt. Vt hypocentaurus hypogriphus. Quorum vtrumque figmentum quoddam animi eſt. Quæ per ſe ſunt, aut corpus habent. Vt arbor & lapis. Aut corpore vacant, vt angeli. Demum quæ corpus habent, ſiue id ſubiectum ſit ſiue pars, aut ſeparari poſſunt à corpore. Vt corporea accidentia. Album inquam, & nigrum. Aut ſeparari non poſſunt ſine rei in qua exiſtunt, corruptione. hanc igitur vulgarem rationem interrogandi Porphyrius obſeruauit. Vt innuimus, atque iſta ſanè ratione quæſtiones quas Porphyrius adducit hoc loco, proponendæ ſunt. Sequi autem non oportet veterem verſionem. Quæ ita habet.

Queſtiones tres

A Platone hæc cæpit porphirius.

Ordo queſtionum.

Mox de generibus & ſpetiebus. Illud quidem ſiue ſubſiſtãt. Siue in ſolis nudis puriſq; intellectibus poſita ſunt. Siue ſubſtantia. Siue corporalia ſiue incomparalia ſunt.

Corrigitur vetus trallatio.

Nam præterquam quòd quæſtionem illam adiecit interpres. Vtrum vniuerſalia ſubſtantiæ ſint. Eius enim nullam fecerat Porphyrius mentionem, addidit vocem illam, puris quæ quibuſdam occaſionem errandi præbuit. Præſertim Alberto magno qui ait, ſolis dixiſſe Porphyrium propter humanum intellectum puris, propter angelicum. Nudis propter diuinum, Quod nunquam Porphyrius ſomniarat. Vt verum proculdubio ſit, quod ſcribit gaza nihil eſſe ſubtilius ignoratione, Huiuſmodi verò quæſtiones Porphyrius minimè explicat, non ſolum quòd arduum in primis atque difficilè ſit eaſdem expedire. Sed ob eam etiam cauſam quod alterius artificis ſit earum quæſtionum veritatem examinare. Eius videlicet qui ſapiens aut primus philoſophus appellatur. Sunt enim ſingularum artium peculiares quidam fines Ariſtotele authore libro primo de partibus animalium. Quos nemo poſſit ſine crimine tranſilire.

Albertus carpitur.

In epiſtola. Initio verſionis librorum Ariſt. de hiſtoria

Cur iſtas queſtiones non tractet porphirius

Quoniam verò hac tempeſtate ea quæ commemorauimus paſſim inquiri ſolent atque diſcuti in contrariam partem, de eiſdem pauca quædam dicere eſt animus. Ea maximè quibus Porphyrij ſenſus apertior atq; explanatior reddatur. Et præterea quæ quiuis facilè poſſit intelligere. Atque vt ſingula, quemadmodum oportet, ſuis locis perſequamur, Primum controuerſia eſt vtrum quinque vocata vniuerſalia vllo pacto exiſtant. Quòd ſi exiſtunt. Vtrum exiſtant per ſe an potius ſola animi conſideratione. In priori verò quæſtione manifeſto conſtat varia atq; diuerſa antiquos philoſophos ſenſiſſe. Nam Antiſtenes. eraclitus, & cratilus. Atque alij veteres, tantum confeſſi ſunt in natura rerum eſſe ſingularia. Apud hos enim philoſophos nulla alia quam ſenſuum fides erat. Quæ verò ſenſibus percipiuntur ſingularia ſunt. Iſtorum philoſophorum ſententia quoniam intellectus nullam habet rationem facilè refellitur, vel illo tantum nomine quod ſolis ſenſibus fidem habendam eſſe putarit. Quo nomine ab Ariſtotele quarto Metaphiſicæ & à Cicerone libro ſecundo de finibus grauiter increpantur. Euidens enim eſt & omnibus natura inſitum tum hominibus, tum brutis, aliud intelligere

1. queſtio vtrum ſint vniuerſalia.

Antiſtenes negat vniuerſalia item epicuri.

Refellitur hec ſententia.

 atque

Omnium opinione eſt vni=uerſale.

atque putare natura vnum atque ſubſtantiæ. Aliud ſpecie. Nam vt (exemplis rem doceam) ſi puero rudi equum aut camœlum indices vbi rurſum alium equum aut camœlum aſpexit nō rogat quod animal ſit, ſed equum & camœlum nominat. Et illum quem prius cum hoc quem nunc cernit eundem eſſe inquit. Quamuis fortaſſe alter mortuus iam ſit alter ſuperſit. Vinum quoque idem heri & hodie homines bibiſſe ſe dicunt nempe ſpecie idem. Interim tria ſe vina hodie bibiſſe narrant, aut etiam vnum. Ad ſpeciem vbique reſpicientes. Imo & aſinorum qui omnium brutorum ſtupidiſſimi videntur aliud eſſe ſpecie vnum aliud numero, Notitiam non fugit. Nam conſpecto cane aſinus ſe retrahit timet atq; fugit ſi nunquam ante canem conſpexit. Cæterum vbi videre aſſueuit, quamquam alium atque alium illi demonſtres propter cōſuetudinem tamen non amplius timet ſed veluti vnam ſpetiem intuetur, & illū cui inſueuit, & hunc qui nunc conſpicitur. Ad eundem modū neque homines timet propter conſuetudinem. Sed hos quoque velut vnam ſpeciem videt. Verum ſi curatorem aſpexit nō ſolum vt hominem ſed etiam vt hunc hominem agnoſcit. Et micat auribus, & caudam mouet & rudit et laſciuit, vtique indicans ſe familiarem agnoſcere. Quare non modo homines verum etiam & bruta animantia aliud vt numero idem, cognoſcunt, Et meminerunt Aliud vt ſpetie idem. Quamobrem iure philoſophi quos diximus reprehēdendi ſunt, ſiquidem (quod ad vniuerſalis cognitionem attinet (à ſinis etiam ſunt ſtupidiores, quod vbi conſidero magnopere probare

Plato quo pacto antiſthenē reprehendere ſit ſolitus.

ſoleo Platonis dictum qui Antiſteni, qui vniuerſalia reprehendebat Roganti, quæ eſt iſta equinitas aut mēſeitas, quam mihi narras? Ego enim equum & menſam video: equinitatem verò aut mēſcitatem non video. Nihil mirū, reſpondit, nā habes id quo equus & menſa cernuntur ſenſum videlicet. Cares autem intellectu & mente, qua vniuerſalia cognoſcuntur. eandem ſentētiam pluribus verbis diſſeruit Galenus cap. vltimo lib. II. methodi medendi. ſed

Obiectio

ex his verbis facilè ſumi poteſt ratio aduerſus illud quod diximus etiam bruta animantia agnoſcere vniuerſale. Nam vniuerſale intellectu

tantum cognoſcitur cuius vi abſtrahitur à rebus ſingulis intellectus brutis non in eſt; ergo bruta animantia non cognoſcūt vniuerſale. ſed hæc obiectio diſtinctione explicatur, vniuerſale enī duobus modis conſideratur vno modo vt coniunctū rebus ſingulis aliomodo vt abiunctum ab eiſdem operatione intellectus. Hoc nō agnoſcit brutum ſed homo dumtaxat alterum verum à brutis animantibus cognoſcitur quod perſuadunt rationes à nobis adducte Paulo ſuperius ex galeni ſententia.

Diluitur Obiectio.

Vniuerſale triplex eſt opinione Platonis.

Plato verò cum de vniuerſalibus haberet orationem multis locis triplex vniuerſale induxit. Vnum (quod appellat ante multa) alterum in multis tertium poſt multa. Ante multa vocat ſpeciē verumque exemplar, earum rerum quæ in hac ſenſibili natura producantur. Hanc autem ſpetiem à diuina mente minimè ſeiungit, vt falſo illi tribuit, Ariſtoteles. I. ethicorū quinimo in diuino intellectu eam collocat, quoniam vt Ammonius in prædicabilibus inquit & Euſtracius in ethicis & præterea Plotinus non ſemel aut iterū ſed infinitis penè locis, idea Platonis eſt ſubſtantia quædā perpetua aut exemplar ſubſtantiæ quod animo cernitur & ratione intelligitur. Et quod ſummus opifex rerum intuetur, vt quæ efficiūtur ad eius ſimilitudinem effingat. Quemadmodum enim artifex (vtar enim rudiori ſimilitudine) in animo formam quandam habet, quā ſpectans, veluti manu ducitur ad eam rem quam velit effingere, alioqui in rerum opificio aberraret, ita quoque (inquiunt) cum deus rerum omnium primus author, ſummuſque architectus ſit, exiſtimandum eſt quæ facere velit priuſquam faciat, cognouiſſe. Habet ergo (aiunt platonici) rerum omnium exemplaria atque imagines quas ideas vocant. Hanc ideam appellat Plato vniuerſale ante multa. In multis verò, Naturam generis aut ſpeciei in indiuiduis poſitam. Poſt multa, communem conceptum ſpeciei & generis facultate intellectus à rebus ſingulis abiunctum.

Ammonius. Euſtratius Plotinus. Quid ſit idea.

Vniuerſale ante multa. vniuerſale in multis.

Tertius in hac quæſtione eſt Ariſtoteles. In qua explicanda, vt ſolet alias, medius incedit. Nam neque putat nihil eſſe in natura præter ſingularia, vt Antiſtenes. Neque aſſertor eſt vniuerſalis

 ante

Ariſtotelis ſententia de vniuerſalib⁹

ante multa, vt Plato. ſed tantũ duo poſteriora illa vniuerſalia concedit, in multis & poſt multa. Idque pluribus locis ratione verò ita probatur quoniã cũ Socrates & Plato, exempli gracia, natura cõueniãt, ſunt enim homines conſonũ eſt eſſe in eiſdẽ præter omnem operationem intelluctus aliquid quo cõueniant. Hoc autem quicquid eſt quod eſt in ſingulis hominibus aut ſingulis equis vniuerſale in multis à Peripatecis appellatur de quo cũ multæ magnæque dubitationes exiſtãt omnes quidẽ ſunt ab inſtituto noſtro alienæ. Præter hoc eſt etiã apud Ariſtotelẽ quoddã aliud vniuerſale quod poſt multa vocant. Hoc eſt cõceptus quidã ex ſingulis rebus de ſumptus, ſecundũ quod prædicationes fiunt. Et ex quo efficiuntur definitiones, vt in capite de genere ſignificauit Porphyrius vt eò loco explicabimus, de quo illud intelligendũ eſt quod Ariſtoteles inquit. Intellectũ facere vniuerſalitatẽ in rebus, & quod libro primo de anima ſcribit, vniuerſale aut nihil eſſe aut rebus ſingulis eſſe poſterius.

Quæſtiones de vniuerſali in multis theologicæ ſunt.

Vniuerſale poſt multo.

Reliquæ duæ dubitationes faciliores ſunt hac expedita quã vt oporteat in eaſdẽ multã cõferre operã. Etenim vtrum vniuerſalia corporea ſint an expertia corporis, explicatu nõ eſt difficile, vt enĩ in capite de differẽtia mõſtrabimus, Nullũ vniuerſale qua ratione vniuerſale eſt corpus habet. Eſt etiã tertia quæſtio propoſita facilis atque expedita nimis, quippe nullum vniuerſale, niſi quod in multis eſt exiſtit in corpore cætera omnia in animo inſunt, iſtud exiſtit in rebus ſingulis cum quibus generatur & corrũpitur, & ab eiſdem ſola animi conſideratione diſtinguitur.

Vtrũ vniuerſalia ſuapte natura corporata ſint necne

Poſtremo tandẽ Porphyrius nullũ nõ mouẽs lapidẽ vt legentiũ animos ad lectionẽ acrius incẽdat, ſignificat nobis quos philoſophos in iſtarũ vocũ expoſitione ſecuturus ſit. Quo loco ſimul etiã exponit (tametſi obiter & veluti aliud agens) modũ atque rationẽ diſſerendi de quæſtionibus propoſitis. Itaque, ait, ſecuturũ ſe antiquorũ veſtigia. Atque dicturũ quo pacto de his, genere, videlicet, & ſpetie, quorũ Paulo ante meminerat. Ac de propoſitis differentia in quã proprio atque accidenti, quorũ ſuperius mentionẽ fecerat,

Quos philoſophos imitetur.

Antiqui philoſophi tractauerũt. Maximè verò peripatetici. Admonuimus enim quæſtione prima in expoſitione iſtarũ vocũ Porphyriũ potiſsimũ fuiſſe imitatũ Peripateticos. Tametſi pauca quædam eorũ quæ his diſputationibus inſeruntur ex fontibus Platonicorum hauſerit. Hoc idem in preſentia nos ad monet cum ait.

Peripateticos imitatur maxime.

Quemadmodum verò de his veteres & præſertim peripatici.

Reuocat autẽ in memoriã diſputaturũ ſe de his more peripateticorũ, probabiliter. Nam cum trifariã rẽ tractare contingat. Naturaliter diuine, & probabiliter. Naturaliter cũ rei naturã atq; ſubſtãtiã per ratiões quæ à ſenſibus proficiſcũtur inquirimus. Diuinè. Cùm earundẽ primũ ortũ & conſtitutionẽ perſcrutamur. Et diſputationẽ reuocamus ad ea quæ ſupra naturã ſunt cõſtituta. Vt in opifice rerum primacauſa exiſtunt. Probabiliter, quando per ea diſſerimus quæ aut omnibus probantur aut pluribus aut ſapiẽtibus. Cũ Porphyrius intelligeret hunc poſtremũ modũ eſſe longe expeditiſsimum & maximè accommodatuus his qui primũ litterarũ ſtudijs innitiantur eo ſe modo de quinque vocibus diſputaturum promittit. Non enim aget de illis naturaliter. Hoc eſt inquirendo eſſentiam atque ſubſtantiam ſingularum atque naturam. Nec præterea diuine: vt inquam exiſtunt in mentè ſummi opificis dei. Qua ratione Plato de eiſdem in parmenide diſſeruit. Sed dumtaxat probabiliter. Id eſt quatenus illis vtuntur qui vulgo de re quapiam diſputant. Id autem eſt qua ratione quinque iſtæ voces genus, ſpeties, differentia, proprium & accidens inuicem prædicantur, & ſubyciuntur. Ea enim ſignificatione vtuntur his vocibus qui diſſerunt. Quamobrem Porphyrius vt id ſignificaret eo vocabulo λογικώτερων, eſt vſus quaſi dicat, vt maximè cõſonũ rationi diſputandi fuerit, quæ in rebus probabilibus occupatur, cum enim de his quinque vocibus à nobis agitur non debemus firmas

Trifariã res tractatur naturaliter Diuinè.

Probabiliter.

Plato.

atque perpetuas. *rationes quærere ſed contẽti erimus communibus & probrbilibus quas quiuis facilè poßit attingere. Ipſum enim exactum vt libro primo ethi. Ariſtoteles ſcribit nõ reperitur eodẽ pacto in omnibus diſciplinis atq; negotijs. Sed ſecundũ naturã rei de qua diſputatur.*

Argumentum capitis de genere.

QVi de plurib⁹ reb⁹ diſputationẽ habẽt nõ ſolũ earũ ſubſtã=tiã atq; naturã perſequi debẽt, ſed pręterea quo pacto inuicẽ cõueniãt differantq;, vt ea ratione de rebus propoſitis perfecta atq; oĩbus ſuis numeris abſoluta oratio habeatur. Porphyrius ergo cũ de quinq; vocibus diſputationẽ ſuccepiſſet conſentaneum putauit dicere, quæ ſingularum ſubſtantia atq; natura eſſet, quę cõmunia, & qua ratione interſe differrẽt, qa vero ſubſtãtia rei cõibus & differẽtijs prior eſt ab eius explanatione incipiẽdum erat cuius memor Porphyrius in pręſenti capite quid ſit gen⁹, & quo noĩe à cæteris vocibus diſtinguatur docet, topicã tñ regulã in memoria habẽs qua pręcipimur in principio diſputationis ambiguitatẽ auferre, ne inter differẽdũ captioſis rationibus decipiamur (quod maximũ vitiũ orationis eſt & ſophyſtis prope peculiare) quia hoc vocabulũ gen⁹ multiplex eſt, tres eius ſtatim ſignificationes numerat, vt accipiat propriã. Et propoſitio negotio maximè conſentaneã atq; ita incipit.

Caput de genere.

VIdetur autẽ neq; Genus, neq; Species, ſimpliciter dici. Genus.n. dicitur & aliquorũ quodãmodò ſe habẽtiũ ad vnũ aliquid, & ad ſe inuicẽ collectio. Secũdũ quã ſignificationẽ Romanorũ dicitur genus, ab vnius ſcilicet habitudine (dico aũt romuli) & multitudinis habẽtiũ aliquo modo adinuicẽ eã (quæ ab illo eſt) cognationẽ, ſecũdũ diuiſionẽ ab alijs generibus dictum.

Dicitur autẽ & aliter rurſus Genus, quod eſt vniuſcuiuſq; generationis principiũ: vel ab eo

qui genuit, vel ab eo loco, in quo q̃s genitus eſt. Sic.n. Oreſtẽ quidẽ dicimus à tãtalo habere genus, Hylũ aũt ab Hercule: & rurſus Pindarũ quidẽ Thebanũ eſſe genere, Platonẽ verò Atheniẽſem. Etenim patria principiũ eſt vniuſcuiuſque generationis, quemadmodnm & pater.

Hæc aũt videtur eſſe prõptiſſima ſignificatio genẽris. Romani.n. dicũtur, qui ex genere deſcẽdũt romuli: & cecropidæ qui ex genẽre cecropis & eorũ proximi. Ac prius quidẽ appellatũ eſt genus vniuſcuiuſq; generationis principiũ: de hĩc etiã & multitudo eorũ, qui ſunt ab vno principio, vt à romulo. quã diuidẽtes, & ab alijs ſeparãtes, dicebamus omnẽ illã collectionẽ eſſe Romanorũ genus. Aliter autẽ rurſus genus dicitur cui ſupponitur ſpecies. Ad horũ fortaſſe ſimilitudinẽ dictũ: etenim principiũ quoddã eſt huiuſmodi genus, earũ quæ ſub ipſo ſunt ſpecierũ: viderurq; & omnẽ eã multitudinẽ cõtinere q̃ ſub ipſo ſunt ſpecierũ. Tripliciter igitur cũ genus dicatur, de tertio apud philoſophos ſermo eſt, ꝙ etiã deſcribẽtes aſſignauerũt, genus eſſe dicẽtes, quod de pluribus, & differẽtib⁹ ſpecie ĩ eo ꝙ q̇d eſt, prædicatur: vt animal. Eorũ enim quæ prædicãtur, alia quidẽ de vno dicũtur ſolo, ſicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc: alia verò de pluribus, queẽadmodũ genera, & ſpecies, & dif-

ferẽtiæ,& ꝓpria,& accidẽtia cõmuniter,ſed nõ propriè alicui.Eſt aũt genꝰ quidẽ,vt aĩal:ſpecies verò,vt homo:Differẽtia:vt rationale:ꝓpriũ, vt riſibile:accidẽs,vt albũ, nigrũ,ſedere.Ab ijs verò,quæ de vno ſolo prædicãtur,differũt genera, eò quòd hęc de pluribus dicũtur.Ab ijs aũt rurſus,quæ de pluribus, à ſpeciebus quidẽ, quoniã ſpecies etſi de pluribus prædicẽtur, nõ tamẽ de differẽtibus ſpecie,ſed numero: homo enim cũ ſit ſpecies,de Socrate,& de Platone prędicatur, qui nõ ſpecie differunt,ſed nũero.Animal verò cũ ſit genus,de hoĩe,boue,& equo prædicatur, qui differũt à ſe inuicẽ ſpecie,non nũero ſolo.A ꝓprio quoq; differt genus:quoniã propriũ quidẽ de vna ſola ſpecie,cuius eſt ꝓprium,prædicatur,& de ijs,ꝗ ſub ipſa ſpecie ſunt, indiuiduis: quẽadmodũ riſibile de hoĩe ſolo,& de particularibus hominibus:genus aũt nõ de vna ſolũ ſpecie prædicatur,ſed de pluribus, & differẽtibus. A differẽtia verò, & ab ijs quæ cõmuniter ſunt accidẽtia,differt genus:quoniã etſi de pluribus, & differẽtibus ſpecie prędicẽtur differẽtię,& cõmuniter accidẽtia:nõ tamẽ in eo,quod quid eſt prędicãtur:ſed in eo,quod quale quid eſt. Interrogãtibus.n.aliquibꝰ, quid eſt illud,de quo prædicãtur hæc Genus reſpõdebimus: differentias aũt,& cõmuniter accidẽtia nõ reſpõdebimꝰ: nõ

enĩ in eo,quod quid eſt,prędicãtur de ſubiecto, ſed magis in eo,quod quale quid eſt. Interrogãtibus.n.qualis eſt homo? dicimus rationalis:&, qualis eſt coruꝰ? dicimꝰ niger eſt. autẽ rationale quidẽ differẽtia,nigrũ verò accidẽs. Quãdo aũt quid eſt homo interrogamur, animal reſpondemus:eſt autẽ hominis genus,animal. Quare de pluribus prædicari,diuidit genꝰ ab ijs ꝗ de vno ſolo prædicãtur,ſicut indiuidua:de differẽtibus verò ſpecie,ſeparat ab ijs,ꝗ ſicut ſpecies prædicãtur,vel ſicut propria:in eo autẽ quod quid eſt prædicari,diuidit genus à differẽtijs,& cõmuniter accidẽtibus:quæ nõ in eo quod quid eſt, ſed in eo quod quale eſt, vel quomodo ſe habet,prędicatur.Nihil igitur neque ſuperfluum, neque minus continet,generis dicta deſcriptio.

Prioribus verbis porphyrius ſignificat duas iſtas voces genus atque ſpeciem multis modis ab ſcriptoribus vſurpari. Hoc aũt primũ omniũ verũ eſſe oſtẽdit in genere. Atq; vt hoc efficiat tres eiuſdem vocis diuerſos vſus recenſet. Verum antequam illos exponam animaduertẽdum eſt quòd vox illa ſimpliciter multis modis vſurpatur. Aliquãdo idẽ eſt quòd vniuerſe ſecundũ quã ſignificationẽ primo libro priorũ Ariſtoteles dixit propoſitionẽ vniuerſalẽ priuatiuã ſimpliciter conuerti. Interdum vero, propriè, qua ſignificatione rem quampiam ſimpliciter ortam eſſe dicimus, interdum temere, vt herus ſimpliciter ſeruum verberat, in præſentia verò idem ſimpliciter eſt quòd vniuocè, aut vno modo, atque eius oppoſitum non ſimpliciter æquiuocè eſt multiſque modis.

Multis modis genus dicitur.

Simpliciter.

Primum.

Secundũ.

Tertium.

Qua ratione ſimpliciter accipiatur hoc loco.

Sed

Obiectio

Sed obijciet fortaſſe quiſpiã cũ tã nota atq; aperta ſit in genere ambiguitas inepte quidẽ Porphyriũ vſum fuiſſe eo verbo (videtur) quod dubitationẽ quãdã præſe fert, cui nos facilè poſſumus reſpõdere,

Soluitur. Primum.

dicẽtes eũ loquẽdi modũ potius pertinere ad modeſtiã philoſophicã, quã quod vllã indicet dubitationẽ, per ſimilis etiã ſunt ſignificationis verba illa, ferè, & fortaſſe, quæ frequẽtiſſime reperiũtur apud Ariſtotelẽ, etiã vbi de rebus maximè notis planis atque apertis ſermo eſt. quã quidẽ rẽ copioſius monſtraturi ſumus in eo opere

Secundũ.

quod de ratione philoſophãdi Ariſtotelis ſcribimus quanquã nõ deſunt qui dicãt Ariſtotelẽ his virbis vti aliquãdo ſolere vt ſit ſubterfugij locus potuit etiã eo verbo vti, vt ſignificaret neminem eſſe tã neſcium veri atque rudẽ qui nõ norit ambiguitatẽ latere in genere, qui vſus loquẽdi nõ eſt apud Ariſtotelẽ parum frequens.

Ordinis ratio. Cur primo loco poſuit gen⁹. Diſſoluitur. I.

Cũ autẽ generis atq; ſpeciei ſimul mẽtionẽ fecerit, poſſit quiſpiam iure dubitare cuius rei gratia ſpetie prætermiſſa cæteris oĩbus vocibus genus Porphyrius antepoſuerit. Huic vero quæſtioni facilè ſolutio adhiberi poteſt. Hoc. n. fortaſſe à Porphirio factũ eſt quia genus, eſt ordine doctrinæ prius. Eſt. n. cõmunius quã cæteræ oẽs voces. A notioribus aũt incipiẽdũ eſt. hoc lib. VI. top. Ariſtoteles ſignificat his verbis, oĩbus aũt vniuerſalius eſt genus. Eſt. n. notius à notioribus aũt eſt incipiẽdũ. Secũdo quia etiam naturæ ordine genus prius eſt, quare duplici noĩe genus antepoſitũ eſt reliquis vocibus. Tũ quia prius natura, tũ etiã quia notius nobis. Licet. n. genus atque ſpeties ſimul natura ſint & ſimul cognoſci debeant, cũ ſint relatiua, profecto ſi naturã atq; ſubſtãtiã vtriuſq; cõſideremus planè cõperiemus genus lõge eſſe prius ſpecie. Nã, vt rẽ exẽplo doceã,

Fundamẽtũ relatione prius.

quẽadmodũ pater & filius ſimul naturà ſunt ſecũdũ quod inuicẽ referuntur, ſecundũ ſubſtãtiã verò pater antiquior eſt atq; prior filio cuius extitit cauſa. Ita quoque quatenus genus atque ſpeties ad aliquid ſunt ſimul exiſtũt, ſi verò vtrũq; ſecũdũ ſubſtãtiã, quã fũdamẽtũ appellãt, cõſideres plane reperies genus ſpecie eſſe prius. Nã

Species à genere dimanat.

ſpeties tãq̃ à prĩcipio quodã à gñe ꝓficiſcitur atq; dimanat. Diuiditur. n. gen⁹ in ſpeties per differẽtias. Præterea qa genus tãquã pars materiæ ſimilis, in definitiõe ſpetiei collocatur. Quæ cõſtat ex gene

re & formarum efficientibus differentijs. Et partes priores natura ſunt quam totum. Quamobrem prius agendum fuit de genere quã

Continẽs & perpetua diſputatio d̃ genere & ſpecie.

de ſpecie. quamquam vt mihi quidem videtur generis atque ſpetiei explicatio continens atque perpetua eſt. Huius rei illud in primis eſt argumentum quòd Porphyrius generis atque ſpetiei ſimul mentionem fecerit, deinde quia in capite de ſpetie quæ de genere dixerat repetit. Atque vtriuſque vocis vſum exponit. In eodẽ præterea capite quæ de genere atque ſpecie dicta ſunt prius, perorat.

Iacto hoc fundamento quo ſignificatum eſt genus atque ſpetiem multipliciter dici Porphyrius recenſet aliquot generis ſignificationes. Vt quod Paulo ante dixerat planum fiat. Non ſunt autẽ

Cur porphyri⁹. I. generis vſus referat.

(vt quidam volunt) deſcriptiones generis, ſed vſus dũ taxat. Quos apud ſcriptores probatos genus habet. Primum ergo genus dicitur (inquit Porphyrius) aliquorum quodammodo ſe habentium ad vnum aliquod & ad ſe inuicem collectio. hoc eſt, multitudo quædã

Iſtæ non ſunt deſcriptiões. Primus vſus.

hominum habentium inter ſe vinculum quoddam conſanguinitatis affinitatis aut legum, & cum tertio aliquo, Quod ſit eiuſdem multitudinis principium. Hinc colligitur duo potiſſimum ineſſe oportere illi quod hac ſignificatione genus dicendum eſt Primũ, vt

Duo inſunt generi prima acceptione.

ſit multitudo hominum qui naturæ quodam vinculo inter ſe iuncti ſint. Alterum quod ea multitudo habitudinem habeat ad aliquod quod ſit veluti caput eius multitudinis. Atque eam diſtinguat à quacũque alia multitudine hominum, qua ſignificatione collectio romanorum appellatur genus. Quia inter ſe reſpectum habet, & ad Romulum à quo romani originem duxerunt. Atque eo capite Romanorum multitudo à Pelopidarum genere atque etiam Hæraclidarum diſtinguitur. Hac tamen ſignificatione interdum, raro tamen, non ſolum multitudo ſed etiam peculiaris quiſpiam homo

Peculiaris homo interdũ hac ratione dicitur genus

genus appellatur. Quod quoniam, vt dixi, raro contingit non oportuit vt à Porphyrio recenſeretur. Nam qui artis præcepta tradunt frequentiorem tantum vſum conſectari ſolent. Singularia enim artis præceptis comprehendi non poſſunt. Simile eſt illud Vergilij.

Obruet ille Argos Agamenoniaſque micœnas.

Ipſumque

Ipſumque. eacida genus armipotentis Vliſsis.

Quo loco eacida vocat vliſsis genus. Rurſum ſi contingat quod principium multitudinis appellamus non aſsignare diſcrimē vnius multitudinis ab altera, etiam ſi cætera conueniant, non debet appellari genus. Quare crediderim multitudinem collectionemque omnium hominum hac ſignificatione parum apte genus vocari, Cū non dicatur ſecundum diſtinctionem ab alijs generibus, vt Porphyrius inquit. Nam quod authores latinæ linguæ dicere aliquando ſolent quempiam genus à Ioue ſummo ducere, non eſt exiſtimandum huic noſtræ ſententiæ aduerſari, fingebant enim veteres (vt planè conſtat ex hiſtoria deos ipſos hominum fuiſſe progenitores, nunquam tamen putauerunt Iouem eſſe ſummum omnium parentem, niſi quòd ob excellentem virtutem deorum ſummum atque maximum eum appellabant.

Collectio omniū hominū prima acceptione genus nō eſt.

Obiectio.

Genus ſecundo modo.

Secundo modo vocatur genus quòd eſt vniuſcuiuſque generationis atque ortus principium. Quod cum duplex ſit alterum quod rem ipſam producit & gignit videlicet pater. Alterum quod productam iam rem conſeruat, vt patria, vtrumque patrem inquam & patriam hac ſignificatione genus appellauerunt. patriæ verò nomine, intelligimus ſolum in quo quis natus eſt habita ratione peculiarium quarundum partium cœli, quibus virtus ineſt conſeruandi, atque tuendi rem quæ in eo loco orta eſt, natura enim ſuis, cognatiſque in locis ſalutem potiſsimum tuetur ſuam, vt refert Ariſtotelis libro de ſpiratione, vnde & medici conſueuerunt qui in alieno ſolo longo pertinacique morbo tenentur admonere vt in natale ſolum commigrent, quòd patria ipſa ad ſanitatem tuendam magnum momentum habeat. Vtriuſque tamen exemplum Porphyrius præſtat quo res ipſa apertior ſit. Oreſtes enim habere genus

Duplex rei principium.

Patria q̄d ſit.

Exēplis res declaratur.

genus à tantalo dicitur, atque hilus ab Hercule hac ſignificatione, quoniam tantalus atque Hercules Oreſtis atque Hili parentes eſſe perhibentur. Præterea etiam Pindarus Thebanus eſſe genere dicitur, quia Thebis natus eſt. Plato Athenienſis genere quoniam Athenis. Conſideratur autem ita captum genus ſecundum duplicem habitudinem, eam videlicet quæ eſt principij ad id quod ex eo effectum eſt, alteram effecti ad cauſam, ex qua ortum habet. Sed cum habitudo & relatio quadrifariam oriantur, nam aut ex arte, vt quæ eſt inter diſcipulum & magiſtrum, aut fortuna, vt quæ inter dominum & ſeruum. Omnes enim natura naſcimur liberi (vt ferunt) fortuna ſerui reddimur. Aut ex electione vt quæ inter amicos eſt, aut poſtremo natura, vt quæ inter patrem eſt atque filium, in huiuſmodi generis ſignificationibus quæ eſt habitudo ſecundum naturam conſideratur, nam ab eadem proficiſcitur. Vtrámque tamen generis ſignificationem, vt id quoque leuiter attingam, ſicuti cætera omnia ab Ariſtotele Porphyrius accepit capite vigeſimo octauo libri quinti de prima philoſophia.

Ortus relationis quadruplex.

Vnde cæperit porphyrius iſtos generis vſus.

Cōparat porphiri⁹ duos generis vſ⁹.

Propoſitis his duobus vſibus generis eoſdem inter ſe confert dicens, hanc eſſe promptiſsimam ſignificationem generis, quo in loco controuerſia eſt inter enarratores Porphyrij vtra ſignificationum his verbis ſignificetur, & quidem næoterici omnes ſcriptores arbitrantur hæc verba ad poſteriorem generis ſignificationem eſſe referēda. Quod inter antiquos latinos expoſitores ſenſit Boëtius hūc locū exponēs, decepti ſunt illi primū quod exiſtimarint pronomē demōſtratiuū, hæc, ꝑpetuo ad proxima pertinere. Deinde quia cū multitudo à principio proficiſcatur ſignū eſt principiū multitudinis ipſa multitudine prius eſſe. Cū aūt genus. II. mō acceptū vniuſcuiuſq; multitudinis initium ſit, ad illud verba ſunt referenda. Ego tamen

Quæſtio eſt primane, an ſecūda ſignificatio generis his verbis ſignificetur.

Prima ratio neoteticorum.

Noſtra ſētentia. Hammonius.

tamē longè aliter ſentio Ammonij Hermeæ peripatetici doctiſſimi ſententia primum perſuaſus. Deinde non leuibus coniecturis. Ammonius enim in huius loci expoſitione p[illegible]ri ſignificationi generis hæc verba accommodat. Ipſa quoque ratio eandem ſententiam videtur perſuadere. Bifariam enim, aliquid dicitur prius atque notius. Nobis, inquam, & natura Ariſtotele authore libro

Ratio. 1. Bifariam eſt aliqd notius altero.

primo phyſi. c. II. et lib. I. de poſteriori reſolutione. Natura notius quod &, ſimpliciter notius vocatur ſexto lib. topico. eſt poſteriori prius. Vt punctū linea. Linea ſuperficie ſuperficies corpore. Nobis verò notius quod poſterius altero eſt. Nam corporatum prius ſub ſenſum cadit quam ſuperficies. Superficies prius quam linea. Eſt enim nobis prius atque apertius quod multitudini eſt magis familiare. Quod ob eam rem notius nobis atque prius appellatur quòd

Nobis notius.

ſenſibus magis accommodetur. Nam ſi ſenſuum rationem habeamus primum nobis offertur indiuiduum multis accidentibus conſtans. Progreſſi longius. Eius partes agnoſcimus. Oſſa, neruos, carnem. Poſtremo interna principia atque partes rei quæ ad eſſentiā

Natura notius.

atque ſubſtantiam pertinent, materiam videlicet & formam. Cōtraria ratione iudicandum eſt notius natura atque prius. Eſt enim huiuſmodi quod fœcundo intellectu comprahenditur. Senſu non item. Licet igitur genus quod ſecunda ſignificatione exprimitur. Et vniuſcuiuſque ortus principium eſt prius natura ſit multitudine quæ prima intelligentia vocatur genus, Cum ab eo principio originem ducat, nobis ſanè poſterius eſt multoque minus notum. Porphirius autē voluit nobis ſignificare quod eſt nobis prius atque notius, cum dicat. Eam ſignificationem eſſe promptiſſimam. Quam ſententiam Ammonius his verbis reddidit. Hæc quidem ſignificatio primum ſeſe nobis offerre videtur. græce enim verbum eſt πρόχειρον, hoc eſt ad manum. quod verò ſecunda ſignificatione genus eſt nec promptiſſimum eſt. Nec ad manus. Nec primum ſeſe nobis

Multitudo.

offert. Habet autem hæc omnia mnltitudo. Frequenter namque eadem ſcriptores vti ſolent. Et rudibus hominibus admodum familiaris eſt. facit huius rei fidem præterea quod exemplum, ſubducēs Porphyrius.

Exemplo porphyrii comprobatur.

Porphyrius. Romani inquit, ſunt qui ex genere deſcendunt Romuli, & Cecropidæ qui ex Cecrope. Et horum proximi. quod ſi ea verba ad vniuſcuiuſque generationis principium eſſent referenda eiuſdem exemplum præſtitiſſet Porphyrius, nunc autē longè aliter factum eſſe conſtat.

Ratio exēplorū quibus vtitur interpres.

Quò loco interpres aut patriæ fauens, Cuius amor omnibus inſitus eſt. Aut quod ea multitudo promptior eſſet atque perſpectior pro hæraclidis romanos ſuppoſuit.

Contrariæ ratiōes diluuntur. Hoc, non ſemper refertur ad ꝓximum.

Nunc quo pacto contrarias rationes diſſoluamus docere non eſt difficilè. Principio grammaticorum illud præceptum non eſt vſque adeo perpetuum vt interdum à ſumis ſcriptoribus non negligatur. Vt enim cæteros prætercam Cicero de amicitia diſſerēs. Ita inquit. Caue Catoni anteponas ne iſtum quidem ipſum quem Apollo (vt ais) ſapientiſſimum iudicauit. Huius enim facta (Catonē intelligit) illius verò (Socratis inquam, dicta laudantur.) Reliquis verò plenè & cumulatè ſuperius videor ſatiſfeciſſe dum ſententiam meam confirmo. Vt enim ſolutio argumentorum quæ ab aduerſario excogitata ſunt noſtram ſententiam confirmat. Sic qui firmis rationibus propriam opinionem firmat videtur quodam modo aduerſario ſatiſfacere eiuſque argumenta infringere, & labefactare opinionem.

Iſti vſus oratorum ſunt & poetarum.

Cōmemoratis duabus his generis ſignificationibus quæ & poëtis & oratoribus potius quàm philoſophis in vſu eſſe ſolent, pergit Porphyrius ad logicum genus, atque ita inquit.

(Aliter autem rurſus genus dicitur, cui ſupponitur ſpecies.

Hæc non eſt dſcriptio. Comparātur ſignificationes

eſt autem hæc quemadmodum & ſuperiores, ſignificatio dum taxat generis, cuius index eſt verbum illud dicitur, quamquam nouitij ſcriptores ſatis ſubtilibus (ſi dijs placet) argumētis generis ad dialecticos pertinentis, eam eſſe diſcriptionem contendant, qua ſignificatione genus dialecticum cum alijs ſuperioribus cōuenit: eſt enim genus hoc principium ſpeciei, nam definitio omnis ex genere

& formarum efficientibus differentijs ſit, quo nomine affinitatẽ habet cũ genere, quia dialecticũ genus complectitur multitudinẽ formarum. Admonet tamen Porphyrius quòd cum genus, quem admodum expoſuimus, Tribus modis dicatur, de tertio dum taxat apud philoſophos ſermo eſt, nam de alijs generibus dicere, poetarũ aut oratorum eſt. quod verò tertia ſignificatione accipitur genus ita deſcribitur, inquit Porphyrius.

Quod de pluribus iiſq; ſpecie differẽtibus in eo quod quid eſt prædicatur.

Cap. 4.
Hæc deſcriptio porphiriana nõ eſt.
Mos veterum philoſophorũ

Cuius modi diſcriptio ab Ariſtotele ſumpta eſt primò libro topicorum capitulo quarto. quod enim, à Porphyrio primum excogitata non ſit loquendi ratio demonſtrat ita enim ait de tertio apud philoſophos ſermo eſt: quod etiã deſcribẽtes aſsignauerunt, genus eſſe dicentes. Eſt autem hic mos philoſophis admodum familiaris, cum nomina excogitant his atque ſimilibus verbis vti dico, fero, aio, ſit, dicatur, vbi verò antiquis atque ab alijs poſitis, vtuntur, his dicitur, fertur, aſsignatur, quod eſt à nobis alio loco plenius mõſtratum. Neque ſolum hæc generis deſcriptio ſed etiam tres illi commemorati vſus ab authoribus probatis mutuo accepti ſunt. quod ſi quiſpiam Porphyriũ incuſet, quòd generis ſignificationes referens multas prætermiſerit, quæ philoſophis, atq; oratoribus ſunt in vſu Plato. n. motũ, idem atq; alterum genera vocat Ariſtoteles etiam bonum, atque malum in poſt prædicamentis, is ſciat non ſine ratione factum eſſe nã cũ Porphyrius dialecticorum genus explicare cuperet, eas generis ſignificationes referre debuit, quæ ad eiuſdem illuſtriorem intelligentiam pertinerent, cæteras verò ſilentiò præterire. Ergo cũ expoſitæ ſignificationes ad generis dialectici cognitionem non leue adferant adiumentum, quemadmodum oſtenſum eſt, iure optimo à Porphyrio relatæ ſunt, cæteræ verò omnes prætermiſſæ, quòd præſenti inſtituto parum accõmodentur. Quod ſi quinto metaphyſicorũ Ariſtoteles plures generis ſignificationes refert nihil mirũ eſt prima. n. philoſophia oĩa cõtẽplatur. Cicero vero primo

Obiectio.
Cur tantũ tres iſtos vſus generis recenſuerit.

Secũda obiectio.

rò primo libro de oratore genus ſic definit, genus eſt quod ſui ſimilis cõmunione quadã ſpecie aũt differẽtis duas aut plures cõplectitur partes. quæ qdẽ finitio generis quoniã multis negotiũ exhibuit, qui hunc locũ conati ſunt interpretari, quodam ſubducto exemplo facilè explanatur hoc modo, animal genus quidem eſt, duas enim partes amplectitur, aut ſi mauis ſpecies hominem & brutum, quæ etſi ſpecie ſint differentes, cum inuicem diſtinguantur, & ſeparentur diuerſis ſpecificis differentijs cõmunione tamen quadam ipſius generis inter eaſdem nulla eſt diſsimilitudo. Ipſa enim animalis ratio ex æquo conuenit vtriſq;, vtrumque enim ſubſtantia eſt, vt conſtat, corporea animata ſenſu prædita.

Cicero. quo modo finiat genus.

Propoſitã deſcriptionẽ vt explicaret Porphyrius omnium vocũ diuiſionẽ ſubiecit inquiens. Eorum quæ prædicantur alia dicuntur de vno tantum, vt indiuidua. Socrates, inquam, & hic homo, alia de pluribus, horũ, alia de pluribus numero differentibus, vt ſpecies, homo, equus, alia de pluribus ſpecie differentibus, vt animal, color. Rurſum horũ alia in quale de vna ſpecie dicuntur. Vt propriũ, ſucceptiuum diſciplinæ, de homine & hinnibile de equo: alia de pluribus ſpecie differentibus in quale, vt accidens, album inquam aut nigrũ, alia non in quale ſimpliciter, ſed in quale quid, vt differẽtia, rationale & mortale. His vtcũque poſitis demõſtrat aſsignatam generis deſcriptionẽ eius eſſe propriã, quæ maxima ſanè virtus deſcriptionis eſt. Nã hæc ipſa deſcriptio complectitur omnia genera & nulli alteri à genere cõuenire poteſt. Poſitũ eſt in ea generis loco non quidem vniuerſale vt vulgo dicitur, alioqui nugatio committetur. Eadem re bis in diffinitione collocata, ſed potius particula illa de prædicari pluribus. hæc eſt enim notio vniuerſalis, de pluribus prædicari. Ariſtotele authore cap. V. libri de interpretatione, quo nomine genus ab indiuiduo diſtinguitur, quod de vna tantum re prædicatur. Illa verò, differentibus ſpecie ab ſpecie & proprio, quorum vtrumque de pluribus differentibus numero tantum prædicatur licet à proprio eo etiam nomine ſeparetur quod proprium in quale quid conuerſimque prædicatur de ſpecie, Genus minime.

Cur Porphiri⁹ voces omnes referat.

Qua ratione probet hãc eſſe exactã generis deſcriptionem.

vniuerſale non ponitur loco generis

Predicari d pluribus.

Differẽti b⁹ ſpecie

In eo quod quid eſt.

Poſtremo eo verbo in eo quod quid eſt, à differentia, atque accidē ti diſtinguitur nam iſtorum proprium eſt, non prædicari in eo quod quid. Roganti enim quid homo ſit parum accommodate reſpondetur albū aut rationale, quoniam hæc quale potius ſignificant quā quid, differt ergo genus à cæteris vocibus hac diſcriptione, atque ob eam rem proprij rationem ſuſcipiet deſcriptio generis. Præterea, eadem genus quoduis complectitur. Nam vt exemplo rem doceā animal, quod genus eſt hominis, & bruti de pluribus prædicatur, vt conſtat, atque ijs ſpecie differentibus, in eo quod quid eſt. Nam vt Ariſtoteles refert primo libro topicorum roganti de aliquo quid ſit genus cōueniēter reſpondetur. Vt ſi quis quærat quid ſit homo, animal cæterorum autem nullum.

Cap. 4.

Diſputatur cōtra generis deſcriptionē. q̄ non videat inq̄d prædicari

Aliqui tamen conati ſunt hanc generis deſcriptionem reprehendere hoc nomine potiſſimum, quòd non vt Porphyrius: atque Ariſtoteles inquiunt, genus inquid eſt prædicetur. Nam ſi interroganti quid res ſit, ſatiſfacere velimus, nec dimidiatam dare reſponſionem, non ſolum genus reddere opportet, ſed totam rei definitionem. definitio, enim, vt Ariſtoteles, inquit, oratio eſt quod quid eſt eſſe ſignificans. Et quidem licet verum ſit definitionem dum taxat totam rei ſubſtantiam atque, vt ita, dicam quidditatē explicare, genus verò alteram dum taxat partem, quæ materiæ ſimilitudinem gerat, non obid prohibetur reſpondens quærēti quid ſit res genus reddere, quinimo ſufficienter ſatis reſponſum erit. cū hoc modo reſpondere ſoleant non ſolum docti homines atque eruditi ſed etiam rudes interroganti quid res ſit, non omnino tamē exacte aliud enim eſt benè reſpōdere, aliud totam interrogationem abſoluere. quam rem ſecundo libro de inuentione Rodolphus ita ad verbum ſcribit. Quod dicimus autem quæſtionem generis eſſe interrogationi quid eſt incluſam, id verum eſt, quoniam benè reſpōdetur, quid eſt homo, eſt animal, verum tamen non ſic vt totam interrogationem abſoluat, niſi addideris enim differētiam vel proprium non videberis ſatiſfeciſſe quæſtioni, reſtat enim rurſum ea quæſtio quale illud animal ſit, rationale ne, an irrationale, quo fit

c. 4. lib. 1.

Diluitar Obiectio.

Rodolphꝰ

vt cum

vt cum de ſolo genere quæramus ſolitum ſit interrogari, non quid eſt, ſed cuius generis rerum eſt, vt cuius generis rerum eſt lumen ſubſtantia ne an accidens, itaque genus inquid prædicatur licet nō compræhendat vniuerſam ſubſtantiam & quiditatem rei, ſed alteram dumtaxat partem quæ rationem materiæ habet.

Celebrat porphyrius proprijs ſuis laudibus generis deſcriptionem.

Poſtquam Porphyrius oſtendit propoſitam deſcriptionem generis eſſe propriam eandem magnis laudibus celebrat, dicens nihil igitur ſuperfluum aut diminutum continet generis dicta deſcriptio notionis, idque ex Ariſtotelis præceptis ſexto libro topicorum vnde verba illa deſumpta ſunt à Porphyrio præterea ex ſecundo ethicorum quo loco inquit in his operibus, quæ benè ſeſe habent, dici ſolere neque auferri quidpiam neque addi poſſe, hoc autem primū omnium ab ipſa natura deſumptum eſt, Quæ vt Ariſtoteles defendit, neque quidpiam fruſtra facit, neque omittit quidpiam eorum, quæ neceſſaria ſunt, ſed rem vnamquamque vti optime & fieri & conſtare poteſt, efficit planè, vt ſcribit etiā Ariſtoteles capit. decimo libri tertij de Animalibus & libro ſecundo de partibus animalium cætera verò naturam ipſam imittantur eodem autore capit. ſecundo libri ſecundi de phyſico auditu & libro quarto metheorologicorum capit. tertio quibus planè verbis maximi quique artifices cum rem quampiam perfectam eſſe atq; omnibus numeris abſolutam ſignificare volunt vtuntur. Vt contra cū inchoatam, tantum & non omnino perfectam volunt rem eſſe ſignificare, aiunt, in ea redundare aliquid aut deeſſe, iſtis verò verbis duæ maximè virtutes deſcriptionis tanguntur duobus maximis eius vicijs oppoſitæ. Vna eſt vt conueniat omni rei quæ diffinitur. Altera vt nulli alteri. Vicia ſunt aut redundare aliquid aut deficere, quod ad naturam eius rei quæ definitur explicandam ſit neceſſarium. Etenim cum phyloſophi ſingulas virtutes mediocritates eſſe dicerent inter duo contraria vitia, poſitas, defectionem et redundantiam, definitionis quoque virtutem inter duo vitia poſuerunt, nam quia modus eſt in qualibet re optimus, (vt ille inquit)

Naturæ ingeniū.

Laus rerum abſolutarum.

Virtutes definitionis.

Virtꝰ mediocritas eſt.

 definitio

definitio ſi vera ſit ſuum quoque modum ſeruabit. Illa ergo vera definitio eſt, quæ rem quampiam explicans nihil extraneum aſſumit aut prætermittit ſed illa tantum quæ ad eam perficiendã ſunt neceſſaria. huius rei ratio eſt quia definitio libro primo topicorum capit. quarto proprium quoddam eſt, ad proprium verò ſpectat vt cum ea re conuertatur cuius ponitur proprium, ergo vt definitio exacta ſit nihil in ea nimium eſſe oportet ſic enim medium viciorum erit vtrinque reductum.

Cur nihil oporteat deeſſe in definitione.

Si enim quidpiam deſit definitioni, erit proculdubio multò amplior atq; comunior definitio quàm res quæ definitur. nam, vt rem exemplo apperiam, ſi quiſpiam huic definitioni, animal rationis particeps mortale, detrahat rationis particeps, reliqua oratio amplior eſt, quam definitum. Sunt enim plura animalia mortalia quam homines, cum præter hominem omne quod viuit interitui ſit obnoxium. Contra verò ſi quidpiam redundet, multò anguſtior reddetur definitio quã res ipſa quæ definitur. Nã ſi huic termino (ſic enim Ariſtoteles definitionem vocat) animal rationis particeps & mortale grammaticum addas definitionem anguſtiorem arctioremque reddes, non enim ſunt omnes homines grãmatici,

Simpliciora communiora ſunt.

huius rei ratio eſt quia quæ ſunt ſimpliciora eadẽ ſunt capaciora communioraque. ſubſtantia namq; quia ſimplicior, corpore amplior eſt, corpus verò animato, animatum animali, atq; ſimili ratione in reliquis vſque ad attomas indiuiduaſque ſpecies. Contra verò quæ minus compoſita ſunt vt refert Ariſtoteles libro primo de poſteriori reſolut. minus vniuerſalia ſunt, & pauciora cõplectuntur. Nam cum ea quæ magis accedunt ad maximè tale magis talia dicantur, vt tertio topicorum dicitur, Et capit. ſecundo libri primi de poſt. reſolut. & vniuerſaliora ſimpliciora ſint, propius quoque accedent ad ſimpliciſſimum, deum, inquam, rerum omniũ primam cauſam, ſimpliciora ergo communiora erũt, contra in his euenit quæ magis compoſita ſunt,

Redũdãtia.
Defectus.

redundãtia verò compoſitiorem reddit definitionem quamobrem & arctiorem: defectus ſimpliciorem, quare & magis vniuerſalẽ. oportet ergo vt vndequaque perfecta ſit definitio in ea nihil redundare, neque deeſſe quidpiam, quod in cæteris quoque virtutibus fieri debere Ariſtoteles demon-

ſtrat. Quamobrem non ſine magna ratione has laudes Porphyrius tribuit aſſignatæ generis diſcriptioni, quod in ea nihil ſit minus quã oporteat, neque ſuperſit quidpiam. Hoc autem laudandi genus à vulgato morè minime abhorret, & ſunt tanto elegantiora verba quanto frequentiora eſſe contigerit vt refert Ariſtoteles capit. primo libri ſecundi topicorum.

Cur dicatur deſcriptio notioni generis aſſignari.

His præterea laudibus adiecit Porphyrius prædictam deſcriptionem conſtitutam eſſe generis notioni quod non eſt ſine cauſa dictum, planè enim conſtat deſcriptiones & definitiones, rerum cõceptionibus aſſignari, ſiquidem vnamquamque rem eo modo explicamus, quo eandem agnoſcimus. Vnde cum duobus tantum modis vnamquamque rem intelligere poſſimus ſimplici videlicet notitia aut compoſita, duobus quoque modis exprimetur nomine & definitione. Et vtroque modò diuerſo nomine enim inuolutè & rudè, at definitione explicatè, abſolutè atque perfectè, quoniam partes illæ definitione exprimuntur quibus conſtat res illa quæ definitur, verum cum nomine vtimur atque etiam cum definitione rem explanamus conceptionis animi rationẽ habemus, ſunt enim ea quæ ſunt in voce earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ referente Ariſtotele initio libri de interprætatione.

Duobus modis res agnoſcitur.

1. Ratio.

quamobrem iure optimo dixit Porphyrius, prædictam deſcriptionem generis notioni eſſe conſtitutam. Præterea cum genus vniuerſale quoddam ſit, vt eſt à nobis paulo ante monſtratum, & intellectus ſit qui facit vniuerſalitatem in rebus vt refert Ariſtoteles c. I. lib. I. de anima, neceſſariũ eſt qui genus definit eius definitionẽ generis notioni reddere atque aſſignare.

2. Ratio.

Cur definitio dicatur aſſignari notioni generis.

Vt tamẽ leuiter in præſentia àttingã quod ſumus, ſi velit deus latius dicturi in libello de quinque partibus facultatis diſſerendi, nõ dicitur definitio eſſe generis notioni accõmodata quòd ſolam communem cognitionẽ rerum finiamus. Falſum eſt enim hoc, ſed quia cũ ſint definitiones cõmuniũ quæ ſũt in ipſis ſingularibus poſita vt hominis equi et cæterorum ſimilium ipſius intellectus eſt ſeparare hominem ab hijs cum quibus ſubſiſtit. Et ipſum per ſe ſumere, hæc autem communia incorruptibilia ſunt,

propter æternitatem indiuiduorum vt inquit Alexander capit. tertio libri primi quæſtionum naturalium & moralium.

Idẽ quot modis dicatur.

Sed quoniam Porphyrius cum genus exponeret dixit de pluribus ſpecie differentibus prædicari & capite ſequenti, ſpeciem ait dici de pluribus iiſq; diſsimilibus numero, ne vocabulorum ignorãtia nobis negocium faceſſat, conſentaneum mihi viſum eſt, hoc loco dicere quot modis idẽ atque diuerſum vſurpetur: vt generis & ſpeciei finitionem facilius intelligamus, cum autem ex philoſophorum præceptis neceſſe ſit quæ nobis occulta ſunt per ea quæ ſunt nota magis atque aperta exponere, eſt autem facilius promptiuſque dicere, quot modis aliqua ſint eadem quam quot modis differant, prius commemorandi ſunt atque explicandi modi quibus eadem aliqua dicuntur, quàm quibus differunt. Ariſtoteles ergo (vt hinc, exordiar) multis locis ſex modos tradit, quibus aliqua dicuntur eadem quos accepit à Platone in principio eius dialogi qui philebus inſcribitur, aut enim ſunt eadem numero, aut ſpecie, aut genere, aut ſubiecto, aut ratione, aut proportione.

1. top. & 5. pri. philoſophiæ et. 1. eth.

Eadẽ numero. Numero dicuntur eadem, ſextocapite primi topycorum, quorum nomina plura res autem vna, vt indumẽtum, & veſtis, enſis, & gladius.

Eadẽ ſpecie. ſpecie eadem quæ ſub eadem ſpecie proxima continentur, aut quæ ſunt indifferentia ſecundum ſpeciem. Vt Socrates Plato, bucephalus Seiano quæcũque enim duo indiuidua, numero dicũtur eſſe diuerſa. Quia ſi numerentur diuerſa exiſtunt numero, nulla ſi quidem duo poſſunt eſſe eadem numero.

Genere eadem. Eadem genere ſunt quæ ſub eodem genere proximo ponuntur: vt equus homini.

Eadẽ ſubiecto. Eadem ſubiecto quæ idem ſubiectum nacta ſunt vt dicitur tertio topicorum, huiuſmodi ſunt. Albor, & dulcor in lacte, eadem ratione quæ eandẽ habent prorſus finitionem. poſtremo eadem proportione quæ ſunt eadem ſecũdum comparationem rationum: vt primo ethicorum dicitur. id genus ſunt, mens atque oculus. quoniam verò tria priora præſenti inſtituto ſunt ſatis poſteriora commemoraſſe contentus priora tantum perſequar, & quoniam Ariſtotelis opinione capit. decimo tertij libri topicorum, ſi alterum oppoſitorum eſt multiplex, alte

rum

rum quoque multiplex eſſe oportet, idem autẽ & diuerſum ſunt oppoſita, quia ſex modis dicuntur aliqua eſſe eadem, ſex etiam modis dicentur diuerſa, aut differẽtia, numero, ſpecie, genere, ſubiecto, ratione, proportione.

Sex modis aliqua diuerſa dicuntur.

Numero diuerſa Specie. Genere. Subiecto. Ratione Proportione.

Numero differunt, quæ ſub eadem ſpecie proxima cõtinentur nam cum illis eadem ſpecies communis ſit, ſpecie minimè diſtinguntur, vt Socrates & Plato ſpecie, quæ eadem ſpecie proxima diſtinguuntur, vt homo, & equus à leone, & cane. Genere, quæ ſunt genera diuerſa, aut ſpecies, aut indiuidua ſub diuerſis generibus poſita, hoc modo differt animal à planta, homo à lapide, Bucephalus ab hac pyro. Subiecto, quæ diuerſum ſubiectum nacta ſunt. ratione, quæ non eandem finitionem habent. Proportione verò, quæ ſecundum eandem comparationem rationum minimè dicuntur. Animaduertendum tamen eſt è tribus prioribus modis, quibus contingit idem eſſe, aut diuerſum, illud maximè eſſe idem, quod eſt numero vnum, quoniam id omnes idem appellant, vt primo topicorum ſcriptum eſt.

Maximè idem. Minimè eadem.

minimè verò omnium eadem ſunt quæ ſunt eadem genere, nam quæ ſunt huiuſmodi laxiori vinculo conſtringuntur. Rurſum quæ differunt numero minimè omnium diſtant, quemadmodum quæ genere maximè.

Quoniam verò in calce huius capitis cum vellet Porphyrius demonſtrare prædictam generis deſcriptionem vndiquaque perfectã eſſe, atque abſolutam quinque vocum mentionem repetiit quarũ in procemio Paulo ante meminerat, vt ea ratione facilius atque melius præſtaret, quod erat pollicitus, non videtur ab hac diſputandi ratione alienum in præſentia ſub quadam breuitate diſſerere vtrum dum taxat ſint quinque voces vniuerſales, vulgo inquiritur vtrum tantum quinque ſint prædicabilia, & vtrum vniuerſale genus ſit quinque prædicabilium.

Quæſtio. Vtrũ tantum ſint quinq; voces vniuerſales

Miſis ergo ambagibus ac verborũ circuitione conabor oſtendere tantum eſſe quinque voces vniuerſales. id verò quo cõmodus fiat, ac præterea dilucidius in principio meminiſſe conuenit voces eſſe in duplici differentia. Sunt enim quædam omnis prorſus ſignificatus expertes, vt blitiri, ſcindapſus.

Diuiſio vocum.

Aliæ verò ſunt rerum ſigna. iſtarum vocum quarum ſuperius mẽtionem fecimus quædam de vno tãtum dicuntur, vt indiuidua, Socrates Plato, alia de pluribus, quæ prædicantur de pluribus, aut prædicãtur in ea quæſtione qua interrogamus, quid res ipſa ſit aut qualis, ſi primo mõ, aut de pluribus nũero differentibus dicitur, & eſt ſpecies, nã ſpecies eſt quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid eſt prædicatur, vt homo equus aut de pluribus differentibus ſpecie, & eſt genus; eſt enim genus quod de pluribus differentibus ſpecie prædicatur, in eo quod quid eſt, vt animal planta. Si in quale, aut eſſentialem qualitatem dicit, & eſt differentia, differẽtia enim conducit ad genus & eius quod quid eſt pars eſt, & prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale quid eſt, aut accidentariam, quòd ſi accidentariam vox illa qualitatem prædicat, aut neceſſario prædicatur & conuerſim, & eſt proprium, vt aptum ad ridendum, aut non neceſſario neque conuertitur, & eſt accidens, vt album, nigrum ſedere. Cum ergo ſeptem dũ taxat differentias vocum, connumerauerimus, iſtarum verò duæ ſint abijciendæ, relinquitur ſolum eſſe quinque genera vocum de quibus apud philoſophos eſt ſermo, & quæ tractandis rebus ad philoſophiã pertinentibus accommodantur, atque ſubſeruiunt. Nã voces, omnis ſignificatus expertes ad philoſophiam non pertinere illud argumento eſſe poſsit, quod nominibus vt in elenchis dixit Ariſtoteles pro rebus vtimur. Quod ſi verũ eſt planè colligitur nullum eſſe vſum earum vocum quæ nihil prorſus ſignificãt. quæ vero de vno tãtũ dicũtur cũ ſcientia comprehendi non poſsint longiſsime abſunt à diſciplinis. Eſt enim ſcientia, vt Ariſtoteles ſexto ethicorum innuit, & Plato docet in cratillo, cognitio earum rerum quæ vno atque eodem modo ſemper ſe habent. Vnde à ſupremo genere ad infimam ſpeciem deſcendentes iubebat Plato in ſpecie attoma ſiue indiuidua quieſcere, Cùm enim indiuidua infinita ſint, atque in certa contineri ſcientia non poſſunt, vt primo rethoricorum ad theodoctem, inquit Ariſtoteles, neque artis præceptis contineri ſecundo ethicorum atque ob eam, rem ad philoſophiam minimè pertinent

Septẽ vocum diſcrimina.

Quinque vocum genera dialecticis ſunt ĩ vſu

Indiuidua ad ſciẽtiam non ſpectant.

nent. præterea etiã quia voces illæ quæ res ſingulas atq; indiuiduas ſignificant de nullo prædicantur, nam vt in capite de ſubſtantia Ariſtoteles ait, à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio. agitur [redacted] in præſentia de ſimplicibus in complexiſque vocibus cõſtituendæ enunciationis cauſa in qua vnum de altero prædicatur. rurſum cum ſint obnoxia generationi & corruptioni non poſſunt perpetuo eodem ſe habere modo, quam ob rem neque de illis ſcientia eſſe poteſt. Reliqua ſunt, ſi hæc duo vocum genera excludas, Quinq; dum taxat, genus, ſpecies, differẽtia, proprium atque accidens. Idẽ quoque confirmari poteſt ex modo quo vnum in altero exiſtit, & hoc quidem ſi res, quas voces ſignificant ſpectes. Nam quòd eſt aut abſolutum perfectumque eſt aut non ſi abſolutum eſt atque perfectum eſt ſpecies, vt homo, nam ſpecies vniuerſam continet perfectionem indiuiduorum, cum indiuiduum, quatenus indiuiduum eſt, ſola quorundam accidentium collectione conſtet, quæ ita huic rei inſunt vt alteri ineſſe minimè poſsint, atqui ipſa ſpecies perfecta res eſt quæ ex genere & differentia tanquam ex partibus conſtituitur, aut eius in quo eſt pars eſt, ſi pars ſit, & formæ ſimilitudinem gerat, erit differentia, vt rationale, eſt enim hominis forma generi tanquam materiæ aduenieus, ex ſexto libro topicorũ, ſi materiæ, ſimilitudinem gerit, erit genus, at verò ſi ad eſſentiã, & diffinitionẽ rei non pertineat, aut a principijs ſpeciei ortũ habet, et eſt proprium vt ſuccceptiuum diſciplinæ, procedit enim ex principijs hominis, genere videlicet et differẽtia quod eſt ſpeciei propriũ. aut extra ſpeciem eſt, nec à principijs eius proficiſcitur, atque dimanat, & eſt accidens vt album nullum enim accidẽs eſt quod à principijs ſpeciei ortum habeat ſed aut extrinſecus aduenit aut ex temperamento quatuor primarum qualitatum ortum habet. quamobrem cum tantum prædictis quinque modis contingat aliquid eſſe, tantum erunt quinque vocum differentiæ, quæ a rebus ipſis (vt ſupra diximus) deſumuntur: ergo non ſolum ex modo prædicandi. Sed etiam ex modo exiſtendi colligitur euidenti argumento quinque tantum eſſe voces vniuerſales, atque ex conſequenti, Rectè dictum

Alia ratione numerus inquiritur.

Indiuiduũ quare conſtet

Differentia.

dictum eſt à Porphyrio quinque vniuerſales voces eſſe.

Obijcitur ꝙ plura ꝙ̃ quinque ſint vniuerſalia, aut prædicabilia.

Quod ſint duo tãtũ.

Quod ſint pluraquã quinque.

Non deſunt tamen, qui velint huiuſmodi ſentẽtiam labefactare, & falſam eſſe conuincere, nam hinc videtur pautiora eſſe vniuerſalia, quàm quinque, illinc verò plura. Cum enim omnia genera vocum aut ſecundum rationem ſubſtantiæ prædicentur, aut accidentis, vnde duo tantum modi prædicandi deſumuntur, videtur eſſe conſentaneum rationi vt duo tantum ſint prædicabilium genera, quod autem ſint pluraquã quinque hinc ſumi poteſt argumentum, quia cum ſint duo prædicabilia in quid, vnum de pluribus differentibus numero, alterum de pluribus differentibus ſpecie, cur nõ erunt ſimiliter duo quæ in quale quid prædicentur, vnum de pluribus differentibus ſpecie, alterum de pluribus numero diſtantibus? quandoquidem differentiarum, illa quæ ſpeciem intermediam conſtituit de pluribus differentibus ſpecie prædicatur, quemadmodum ſpecies illa cuius eſt differentia, vt ſenſitiuum, animatum, corporeum, quæ verò infimam, atque poſtremam, conſtituit ſpeciem prædicatur proculdubio dumtaxat de pluribus numero differentibus, quemadmodum infima ſpecies quàm efficit, vt rationale ſi humanam tantum conſtituat ſpeciem, ſunt ergo aut plures aut pautiores vniuerſales voces quam quinque ponendæ à nobis.

Diluitur propoſita dubitatio

Prima ratio ſoluitur.

Hæc tamen omnia quoniam leuibus coniecturis innituntur, vt non magnum negotium exhibent, ita facilè poſſunt dilui. Primæ vero rationi ita occurritur, licet enim verum ſit, ſi res conſiderentur, vt ſubſtant per ſe, aut per ſe ſubſiſtentibus inſunt, (& pari ratione, de vocibus exiſtimandum eſt, quando eiſdem pro rebus vtimur) omnia aut ſecundum rationem accidentis, aut ſubſtantiæ prædicari, quicquid enim ſignificatur quinque iſtis vocibus aut per ſe ſubſiſtit vt ſpecies, aut exiſtit in alio vt genus differentia proprium atque accidens. verum ſi illam rationem ſequamur qua inueſtigauimus numerum vocum vniuerſalium quinque voces vniuerſales ſolum reperiemus, nil. n. vetat, vt in politicis ſcribit Ariſtoteles rẽ eandẽ varijs modis cõſiderari. Illa. n. ratio ſubſtãtiæ atq; accidẽtis quoniã non omnino vna aut vniuoca eſt vt

Eadẽ res multismodis cõſiderari poteſt.

capit.

capitulo de ſpecie dicemus nullo modo conſtituit prædicabile ſed peculiares aliæ quinque à nobis expoſitæ. Ad aliud verò reſpondendum eſt, quòd cum voces diuerſam rationem ſignificandi ſortiantur, ex varijs modis quibus rem contingit exiſtere, prædicata quæ à diuerſis rebus proficiſcuntur, diuerſa eſſe neceſſe eſt, & quæ deſumuntur ab eadem. Vnde ſequitur vt cum eorum quæ in quid prædicantur quod dicitur de pluribus differentibus ſpetie, ſumatur à materia, aut ab eo quod materiæ vicẽ gerit, quod verò de pluribus differentibus numero ab ipſius rei perfectione quam appellamus ſpeciem, naturam, aut totum. neceſſarium ſit, quæ in quid prædicantur, eſſe duplicia. At verò cum ea, quæ in quale quid de alijs celebrantur, ſiue de pluribus differentibus numero dicãtur ſiue ſpecie, vna atque eadem prædicantur ratione formæ videlicet, à qua ſumptum eſt vocabulum differentiæ, non ab re ex vtriſque vna dũtaxat deſumitur ratio prædicandi.

Eadem.

Diuerſa ratio prædicãdi in quid.

Quæ in quale q̃d dicuntur vno tantũ modo dicũtur.

Sed quoniam Porphyrius quid ſit genus in præſentia explicare contendit, atque id quam optime fieri poſſit, intereſt autem nõ parum, ſi definitione id fiat aut deſcriptione, conuenientiſſimum eſſe ratus ſum, antequam ad alia properem quæſtionem abſoluere vtrum generis explicatio definitio dicenda ſit an deſcriptio potius, ſimul autem ne ſit opus totius eundem ſermonem reſumere de his explicationibus, quæ reliquis quatuor vocibus tribuuntur, communem habentes orationem, diſſeremus. quandoquidem horum omnium expoſitio præſenti huic inſtituto non parum apta videtur. atque vt hinc exordiar reuocare in memoriam oportet omnes neotericos ſcriptores cõſentiẽtibus animis atque ſententijs vno aut altero excepto arbitratos eſſe omnes omnium vocum explicationes in definitionibus habendas eſſe, idque tenent tam mordicus vt nullis vnquam argumentis aut rationibus ab ea opinione deuellantur.

Quæſtio vtrũ hæc ſit definitio an deſcriptio generis.

Sententia næotericorum.

Adducuntur autem in eam ſententiam vulgari quadam ratione qua non alio modo vti conſueuerunt, quàm ſi ea ipſa gladius eſſet delphicus, atque ad eam tanquã adamuſſim expendunt, quotquot in manus venerint rerum explicationes. Ratio verò eorum, ita ex

Ratio iſtorum.

plicatur

plicatur conſtat enim eorum opinione genere Et differentia ergo definitio eſt, antecedens probant inductione; quoniam in generis explicatione vicem obtinet generis vniuerſale, cum cæteris omnibus ſit longè communius, nam omne genus vniuerſalè eſt, non contra omne vniuerſalè genus eſſe conuenit, cum præter genus reliqua ſint quatur vniuerſalia, cætera verò differentiæ gratia ponuntur. Nam cum ſimplex vox, atque incõpoſita minime ſuppeteret Porphyrio, qua generis efficientem differentiam ſignificaret coactus, verborum circuitione, atque ambitu idem præſtitit ego tamen. vt ingenue dicam quod ſentio (non eſt enim diſsimulanda veritas) quemadmodum in alijs non paucis id genus homines ſententiam Porphyrij atque Ariſtotelis, non attingunt ſic neque in hac quæſtione. Quod vt palam facere melius poſsim, pauca mihi carptim attingenda ſunt de natura definitionis, & deſcriptionis, atque vtriuſque diſcrimine (nam alias non ſatis exactè explicari arbitror poſſe) vocum explicationes habendas eſſe in numero deſcriptionũ, quæ omnia fuſius dicẽda ſunt mihi in tractatiòne de quinque partibus facultatis diſſerendi.

Noſtra ſẽtentia.

De definitione oratio.

Et quidem, vt hinc incipiam definitio ab Ariſtotele primo topicorum appellatur oratio quod quid erat eſſe ſignificans, quam Plato licet Ariſtotele prior exponere viſus eſt inquiens, definitionem eſſe orationem rei naturam explicantem quã breuiſsime. quã etiã princeps latini ſermonis ad brutum ſcribens his verbis vſus eſt, diffinitio eſt oratio, quæ quid ſit id de quo agitur quam breuiſsime oſtendit. quamquam primo libro de oratore alijs verbis eandem exprimat, ſed quam quiuis facilè intelligat, minime prioribus repugnare, ſic enim ait, definitio eſt rerum earum quæ ſunt eius rei propriæ quã definire volumus, breuis & circũſcripta quædã explicatio, vnde definire quẽadmodũ doctiſsime vt cætera Rodolphus agricola primo lib. de inuẽtione Dialectica inquit, eſt rẽ intra naturæ ſuæ limites clauſam apperire atque inuolutam explicare. Dicta eſt autem definitio per ſimilitudinem terminorum ac finium quibus res

Ari. c. 4. lib. 1. top.
Plato.
Cicero.

Definire quidnam ſit.
rodolphꝰ. agricola.

bus res inuicem ſeiunguntur. Deſcriptio verò rudis quidem eſt atque adumbrata rei figuratio, quã ob id græci ὑπογραφὴν appellãt interdum χαρακτῆρα, vt in topycis Cicero admonet, quia vt in pictura primum rude res ipſa depingitur, poſtea inducũtur colores, quibus eadem ad vnguem exprimatur perfectaque intuentium oculis ſubijciatur, ita euenire exiſtimandum eſt. cum rei cuiuſpiã natura explicatur. qua in parte minimè ſanè audiendus eſt Rodolphus qui affirmat non eſſe aliam deſcriptionem exiſtimandam, quam quæ nunc eſt nobis definitio quoniam illa poetarũ, & oratorum deſcriptio multis conſtans partibus procul eſt à præſenti negotio, licet enim quæ tot partibus exuberat, dialecticis in vſu non ſit, qui conciſſum, atque vt Cicero loquitur, ſpinoſum dicendi genus ſequuntur, neque perſequuntur orationis ornamenta, quæ in verborum ac ſententiarum copia maximè ſpectatur, non ſtatim opinari neceſſe eſt orationem quæ quod quid eſt eſſe explicat à deſcriptione minime diſtare. Siquidem deſcriptio vtriuſque commemoratis interiecta eſt, & illis dum taxat partibus fit, quæ proprium conſtituunt eius rei quæ deſcribitur, atque eius gratia ab Ariſtotele appellatur nonnunquam oratio nonnũquam propriũ, intereſt enim maxime inter definitionem & deſcriptionem, quia cum definitio rei naturam perficiat, atque ex eius vi, & non forinſecus deſumatur quod genus eſt hæc, animal rationis particeps, & mortale, deſcriptio ex his quæ rei aduentitia ſunt, atque extraria, eandem notam facit, vt ſi quis hominem eſſe dicat, animal rectè gradiẽs, latos vngues habẽs, & manibus vtens. Deinde quia definitio fit ex genere & formarum efficientibus differentijs, deſcriptio ex proprijs, aut communibus quibuſdam accidentibus ad naturam proprij redactis, vt poſt Ariſtotelem ſexto Topicorum. Cicero in particionibus oratorijs teſtatur. Poſtremo, quia cum deſcriptio interdum à nominis ethimologia ſumatur, vt ἄνθρωπος ab ἄνω, quod ſurſum eſt, & ἀθρέω, aſpicio, quaſi ſur-

Vnde dicatur definitio.
Deſcriptio.
Apta ſimilitudo
rodolphꝰ. carpitur.
Ratio.
Deſcriptio dialectica quibus rebus efficiat.
Diſcrimẽ definitionis & deſcriptiõis.
Vnde ſumatur deſcriptio.

ſum

ſum aſpiciens, aliquando à notatione, vt idē ab, ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε contemplans, quæ videt, aliquando à fortuita partium concurſione, vt animal rectè gradiens. Definitio à nullo eorum quæ commemorata ſunt ſumitur, ſed modo à materia, vt ira eſt aſcenſio ſanguinis circa cor, modo à forma, vt ira eſt vlciſcēdi libido, modo ex vtroque, vt ira eſt accēſio ſanguinis circa cor cupiditate vindictæ, quemadmodum primo libro de anima inquit Ariſtoteles.

Iræ finitio

Quo ſenſu accipiēdū ſit diſcrimē definitiōis & deſcriptionis.

Quæ vero de diffinitionis & diſcreptionis diſcrimine dicta ſunt non oportet ita religioſe obſeruare, vt ne per latum quidem vnguem ab eiſdem diſcedamus, quoniam interdum fit vt viciſim vtraque confundantur, & pro definitione, deſcriptione vtamur ac vice verſa. Cicero enim cui in verborum vſu non vulgaris fides habenda eſt cum deſcriptionis mentionem faceret, pro deſcriptione definitionem poſuit, ita inquiens, non dubium eſt, quin definitio genere declaretur, & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia. Idem quoque facit primo libro de oratore ac in topicis multoties. Præterea pro definitione deſcriptionis vocabulo vſus eſſe videtur, de oratore ſcribens, cum ita inquit. Philoſophi denique ipſius, qui de ſua vi ac ſapiētia vnus omnia pene profitetur eſt tamen quædam deſcriptio.

Cicero. Cōfundūtur ſæpe numero d̄finitio & d̄ſcriptio.

Diluitur propoſita dubitatio

Hoc igitur poſito fundamento & ferme omnium conſenſu conſtituto adducta dubitatio facilius ſolutionem inueniet. Mihi enim ſic ſtat ſententia nō ſolum generis explicationē definitionem nō eſſe, ſed nec vllius alterius ex quinq; vocibus, ſed omniū harū vocū explicatiōes deſcriptiōes ſunt, cuius ſentētiæ ego ſanè autor nō ſum, nā ante me Ammonius Hermeas, atq; Alexander Aphrodiſienſis inſignes peripatetici idem prorſus ſenſere.

Quinque voces ſolū deſcribūtur.

Ammonius. Alexan. Porphy.

Quanquam ſi rectè rem ipſam perpenderemus minime in rem præſentem externos teſtes aduocare opus eſſet, cum huius quā explicamus doctrinæ autor Porphyrius apertiſſime non ſemel dicat, eam, eſſe generis deſcriptionem: primum poſtquam tres generis differentias connumerauit his verbis; hanc ſententiam plane demonſtrans, inquit, de tertio apud philoſophos ſermo eſt, quod etiā deſtribuentes, aſſignauerunt, ſic enim ait, περὶ τοῦ τρίτου παρὰ τοῖς

ρά τοῖς

ρὰ τοῖς φιλοσόφοις ὁ λόγος ἐστὶν ὃ ὑπογράφοντες. Idem quoque repetit in calce huius capitis dicens nihil igitur ſuperfluum neque minus continet generis dicta deſcriptio notionis ὑπογραφὴ, enim, ἐννιας, inquit. neque opus erat vllis alijs teſtimonijs homini minimè pertinaci, aut qui contradicendi ſtudio non eſſet incenſus, ſed quoniam non ſatis eſſe arbitror quod dixi difficilibus hominibus, proteruis & pertinacibus, conabor pro viribus eandem ſententiā haud dubijs rationibus, & argumentis conuincere. Erit aūt in principio de genere priuatim ſermo, poſtea vero de oībus vocibus cōmuniter atque vniuerſe.

Prima ratio.

Sit ergo prima ratio hæc. Omnis definitio fit ex genere & formarum efficientibus differentijs, vt Ariſtoteles teſtatur ſexto topicorum. Et à nobis ſuperius definitum eſt, atque poſitū. Sed nullum reperitur genus amplius aut communius eo genere, quod in præſentia à Porphyrio explicatur, non eſt ergo hæc generis definitio, ſed potius eiuſdem deſcriptio cenſenda. Diſcurſus legitimus eſt, & maior propoſitio minimè dubia, minor vero ſic probatur. Quoniam genus quod in præſentia explicatur omnium decem generum rationem ſignificat, generis autē ratio cum in omnibus prædicamentis ſpectetur, in nullo propriè collocatur, nō enim exprimitur eo nomine, genus, ſubſtantia, aut quantitas, aut qualitas aut ad aliquid, quare ſicut decem generibus nullum reperitur genus ſuperius, vt Ariſtoteles in metaphyſicis, & Porphyrius in capite de ſpecie innuunt, ita neque fingi poteſt aliquod genus ſuperius eo, quod ſignificat hoc vocabulum genus, generis ergo explicatio minimè conſtabit genere, quod ſi genere caret, differentia quoque careat neceſſe eſt nam differentia genus illud diuidit cum quo conſtituit ſpeciei definitionem, ſi autem neque genus habet nec differentiam, nequaquam exiſtimabitur definitio.

Secunda ratio.

Præterea, nullum nomen æquiuocum, aut ambiguum definiri poteſt, vt Ariſtoteles ſexto libro topicorum admonet, vnius namque definitio eſt, non multorum, nam cum definitio vt ibidem quoque dicit vim, & naturam vnius rei exprimat, & declaret, ſi ambiguum nomen finitione explicaremus, non plura ſed verè vnum exiſtimaretur ambi

Quæ ſint vnum.

guum, quia vt ſexto topicorum teſtatur philoſophus, vnũ ſunt quorum vna atque eadẽ eſt definitio, ſed hoc vocabulum genus ambiguum eſt, non minus quã ens, cũ ad decẽ ſuprema genera perueniat ac de eiſdẽ nomine tantum prædicetur, vt dictum eſt, ergo minimè diffiniri poteſt.

Tertia ratio.

In cõmune præterea rationes facere poſſumus, quæ omnes quinque voces complectantur, quarum hæc vna eſt. ea tantum definiuntur, quæ ponuntur ſub aliquo genere, ſed quinque voces ſub nullo ſunt genere ergo minime definiũtur. tenet cõſequẽtia in ſecundo modo ſecũdæ figuræ, & maior hinc cõſtat. Nã quæ ſub genere ponũtur genus habent, genus autem quoduis in ſpecies per differentias diuiditur ergo quæ contingit eſſe ſub genere, habent genus & differentias, quæ partes ſunt definitionis, contra verò ſi nõ ſint ſub genere, nec genus habent, nec differentiam, ergo nec definitionem. Minor etiam probatur, nam, vt inquit, Ariſtoteles, ſexto, & ſeptimo libro topicorum prædicamenta ſunt inpermixta, & quia inuicem confundi nequeunt, quarto & ſexto libro topicorum negat vnam eandemque ſpeciem ſub duobus generibus eſſe poſſe non continentibus ſe inuicem, ſed ſi vllam ex quinque vocibus in prædicamento collocari fateamur, neceſſe eſt ſtatim magnam perturbationem, & confuſionem rerum generibus accidere, & permiſceri eſſentias rerum, quoniam harum, vocum ſingulas ſpectare licet in ſingulis prædicamentis meritò igitur ab eiſdem excludun tur.

Quarta ratio.

Secunda ratio eſt, quia cũ definitio rei naturam explicet quẽadmodum oſtenſum eſt, & præcipitur ab Ariſtotele ſexto ac ſeptimo libro topicorum, ea tantum definiri poſſunt, quæ natura conſtant neque ſola animi cogitatione ſubſiſtunt, ſed ea quæ quinque vocibus ſignificantur, minimè ſubſiſtunt in natura, cum ſint intentiones quædam animi, quas ſpeculantes effingimus, vt poſt Ariſtotelẽ à Cicerone dictum eſt in topicis, & in libro de particionibus oratorijs.

Ariſtot.
Cicero.

quẽadmodũ ergo nullus ſanæ mentis putaret monſtrũ illud quod fingit Horatius illis verſibus. humane capiti ceruicem pictor equinam iungere ſi velit variáſque inducere plumas vndique collatis mẽbris: vt turpiter atrum deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne,

In arte poetica.

ſuperne,

ſuperne, ſpectatũ admiſſi riſum teneatis amici, ita quoque niſi ſtultus nemo putabit aſſignari poſſe vlli ex quinque vocibus finitionẽ. Quare cũ Porphyrius neque generi, nec vlli commemoratarũ aliarum vocum finitionem probe aſſignari poſſe cerneret, conatus eſt ſingularum vocum deſcriptiones tradere ab Ariſtotele ſumptas. Danda eſt enim opera phyloſophis vt quæ apte finitione non poſſunt deſcriptione exprimant, aut aliquo proprij genere, quod in præſentia optimè accidere poteſt. Nam licet decẽ ſumma genera, vna atque eadem definitione comprehendi nõ poſſint, nil prohibet, cur non deſcriptione complectantur, quoniam reperiuntur communia quædam accidentia decem ſummorum generum atque identidem quinque vocum, quibus vt, dixi, ad proprij naturã & vim redactis deſcriptio conſtat.

Deſcriptione optimè explanari poſſunt ſingulæ iſtæ voces.

Nam prædicari de pluribus cõmune eſt omnium quinque vocũ, quamquam idipſum non omnibus æque pariterque conueniat, ſed alijs alio modo, atque ratione. ſingula ergo merito hoc ipſo tanquam communi quodã vtentur in deſcriptionibus.

Prædicari de pluribus ineſt omnibus quinque vocibus.

Vnde tanquam corellariũ collucet vniuerſale logicũ & quod ab Ariſtotele poſt multa vocatur, propriè genus non eſſe quinque vocum, vt quidam falſo affirmãt, quia hoc ipſum quod eſt de pluribus prædicari, quod eſt etiã quinque vocũ commune, & à quo vniuerſale poſt multa ſummitur, aut verius cum quo conuertitur, non eſt vnũ in oĩbus ſed ambiguũ, & multiplex, quẽadmodũ ens non eſt genus decẽ ſuppremorũ generũ, quia eorũ ſingulis nõ eadẽ ratione ineſt.

vniuerſale nõ propriè eſt genus.

Præterea hoc ipſum inde cõſtat, quia vt teſtatur Ariſtoteles, capite vltimo quarti topycorũ nõ entis ſimpliciter nullæ ſũt ſpecies, ſed vniuerſale ſimpliciter nõ eſt, cũ cogitatione ſolũ ſubſiſtat, ergo non habet ſpecies. quare nec eſt genus.

Secũda ratio.

Nõ entis nullæ ſunt ſpecies.

Decepti ſunt aũt pleriq́ue exiſtimãtes vniuerſale eſſe genus quẽadmodũ quarto libro topicorũ Ariſtoteles docet, quod ſemper prædictas quinq; voces ſequatur, et nõ cõuertatur, ſi. n. genus ſit vniuerſale eſt; & in reliquis vocibus ſimili modo, non tamen omne quod eſt vniuerſale genus eſt, quod verò huiuſmodi eſt, vt ibidem admonet phyloſophus, difficile eſt oſtendere non eſſe genus. Rurſus vt id aſſerãt, alia ratione perſuadẽtur ea inquã, quia putãt vniuerſale in eo quod quid eſt prædicari

Vnde cœperint qui dãcauſam dicẽdi vniuerſale eſſe genus.

 de quinq; voci

Ratio diluitur.

vocibus. Exiſtimant enim interroganti quid ſit genus ſufficienter reſponderi eſſe vniuerſale, ſed hæc quoque ratio non magis efficax eſt quam ſuperior. Quia cum quid, vt dictum eſt, roget eſſentiam rei, ſic interroganti danda eſt generis definitio, non autem vniuerſale dumtaxat, ſiquidem vniuerſale non dicit generis ſubſtantiam atque eſſentiam cum non vnum ſit ſed multiplex atque æquiuocũ, quare minimè hac ratione efficitur quod putant

In deſcriptionibus quinq; vocũ nõ ponitur loco generis vniuerſale.

Conſequintur rurſum errare eos qui exiſtimant in ſingulis vocum deſcriptionibus vicem habere generis vniuerſale. Nam in illis non collocatur à Porphyrio vniuerſale. Et ſi collocaretur in nugationem incideret, quandoquidem idem bis poneretur. Idẽ enim eſt vniuerſale & quod prædicatur de pluribus, locum autem generis obtinẽt illa verba, quod prædicatur de pluribus, quæ in ſingulis deſcriptionibus iſtarum quinque vocum inſunt nam illis vniuerſalis natura exprimitur quodammodo, Ariſtoteles enim libro de interpretatione vniuerſale appellat, quod de pluribus prædicari natũ eſt.

Quæſtio Vtrũ albũ coloratũ & cætera ſimilia genera putãda ſint.

Præterea quæ à nobis explicata ſunt, qui curioſiores videri volunt, in præſenti loco dubitare ſolent. Vtrum album, nigrum, coloratũ, atque his ſimilia, prædicata accidentaria, quæ illi conotatiua vocant, ſpecies ſint an genera, & quidẽ videre eſt eos in tam varia ſtudia diſciſſos, vt riſum potius excitent, aut bilem moueant, quã vt inſtructiorem lectorem inde dimittant quæ res cogit me vt de his nonnihil dicam, huius tragediæ autores refellens, aut erraſſe indicans, quod ſtudioſis cuiuſuis diſciplinæ maximum prætium opere afferre ſolet. Eius enim rei admoniti non facilè, per ſimili vicio aut errore implicari ſe ſinent, exiſtimandum ergo eſt ac pro certo habendum id quod res ipſa teſtari videtur, Huiuſmodi prædicata accidentaria, neqne generis, nec ſpeciei rationem ſuſcipere, quam ſententiam capite primo tertij topicorum Ariſtoteles ita oſtendit. Iuſtitiam quidem, inquiens, in genere eſſe, iuſtum autem non, & illa id ipſum quod eſt bonum eſt, hoc autem non, quia quod non eſt in genere, non dicitur id quod eſt genus. Vt albus homo non eſt color hucuſque Ariſtoteles, quare ſi album non eſt color ergo nec eſt ſpecies,

Prædicata de nominatiua neq; generis neque ſpeciei rationẽ ſuſcipiunt.

cies, debuit enim eſſe coloris ſpecies, quod ſi quis putet coloratum eius eſſe genus fallitur. Nam vt Ariſtoteles inquit capite primo ſecundi topicorum: genus non dicitur denominatiue de ſuis ſpeciebus aut formis ſed nomine & ratione, coloratum verò de nominatiue dicitur de albo, quoniam hæc prædicatio, album eſt coloratum accidentis eſt, vt ibidem admonet phyloſophus, & præterea primo poſteriorum. Non eſt ergo coloratum genus neque album ſpeties atque ad iſtorum normam cætera omnia, his ſimilia perpendenda ſunt. id etiam ratione probatur. Nam genus vnumquodque ſpeciéſque ſingulæ vnum per ſe ſunt, ſed nullum horum prædicatorum accidentalium eſt vnum per ſe, ſed potius accidens in ſubiecto, quæ magno interuallo ſeparantur, ergo neque genera neque ſpecies cenſenda ſunt, ſi quando vero apud phyloſophum legimus album eſſe coloris ſpeciem, id quidem de ſola qualitate dictum exiſtimare conuenit, qua ſignificatione in capite de ſubſtantia ſcriptum eſt, album ſolam qualitatem ſignificare, eo enim loco multiſque alijs, longe aliter, nominibus accidentarijs vtitur philoſophus, quã plærique vti conſueuerunt atque etiam ipſe Ariſtoteles in libris de prima philoſophia, vbi album appellat rem albore infectam, omne enim genus vt compendio dicam vnam aliqnam naturam ſignificat, ſub qua diuerſæ formæ comprehenduntur, nam animal quòd genus eſt, animalium naturam exprimit, ſub qua ſunt, homines, æqui, leones ac cæterorum animalium formæ, diuerſæ quidem adiectione differentiarum licet æedem ſint, quatenus ſub genere ponũtur. hinc deprehenditur Capellæ error exiſtimãtis hominem eſſe genus, barbarorum ac romanorum iuuenum & ſenum, nam cum ſub homine nõ ſint diuerſæ formæ ſpecie, Romanus, ac barbus, iuuenis & Senex, vt Plato in libro de regno teſtatur his verbis, inepte quidem diuidere conantur hominem in græcum & barbarum tanquam in ſpecies, ſed accidenti quodam ſeparabili differant, quemadmodum in cap. de differentia tradidit Porphyrius. Differentia autem accidentaria Ariſtotele autore libro primo polyticorum minimè variat ſpeciem, quare non rectè exiſtimabitur genus eorum

Coloratũ non eſt genus albi.

Ratio.

Capella reprabenditur.

Plato in dialogo qui ciuilis inſcribitur.

rum eſſe, genus namque vt Ariſtoteles inquit ſeptimo libro primæ philoſophiæ differentijs per ſe non per accidens diuidi oportet, niſi quis à Capella id dictum putet, oratorum more, qui cum de his exactè non diſſerant, quæ ſic differũt diuerſas ſpecies, aut genera appellare ſolent, qua ratione genus inueſtigandum ſit atque inuentũ explicandum docet Ariſtoteles cap. vltimo libro primo topicorum & libro quinto.

Qua ratione inueniendũ ſit genus & inuentũ explicandum.

Vſus generis.

Ne tamen quiſpiam exiſtimet exiguum nobis afferre emolumentum generis cognitionem placet breuiter quæ ex eius cognitione commoda capiuntur recenſere. *Primus.* *Primum quidem conducit generis cognitio ad demonſtrationes conficiendas, ſiquidem omnis demonſtratio à prioribus atque notioribus procedit, quare à genere atque differentia.* *Secund⁹.* *Quæ cum ſint veluti partes ſpeciei, Priores ſunt atque notiores ſpecie. Deinde ad conficiendam definitionem, nam definitio conſtat genere & formarum efficientibus differentijs,* *Tertius.* *poſtremo ad ſermonis copiam. Id enim quod commune eſt in multa ſpargi atque diuidi poteſt.*

¶ *Argumentum cap. de ſpecie.*

POſt diſputationem de genere ad ſpeciem Porphyrius tranſfert orationem quo loco non ſolum quid ſpecies ſit eiuſdẽ appoſita deſcriptione edocet, ſed magno quoque à reliquis vocibus interuallo ſeiungit. Quod vt accurate faciat ſuperioris documẽti memor aliquot eius ſignificationes recẽſet, ita enim, que ad dialecticum negotium pertinet facilius oſtendi poſſe arbitratus eſt. Quæ omnia poſtquã exoluit vtriuſque vocis vſum refert, ac poſtremo quę de vtraque dicta fuerant breui ſermone perorat.

¶ *Caput ſecundum de ſpecie.*

SPecies autẽ dicitur quidẽ & de vniuſcuiuſq; forma: ſecundũ quã dictũ eſt, Primùm quidẽ ſpecies digna eſt imperio. Dicitur autem ſpecies & ea quæ eſt ſub aſſignato genere: ſecundũ

quam

quam ſolemus dicere, Hominem quidẽ ſpeciẽ animalis, cùm ſit genus animal: Album autẽ coloris ſpeciem, Triangulum vero figuræ ſpeciẽ. Quòd ſi etiã genus aſſignantes ſpeciei meminimus dicẽtes, ꝙ de pluribus differẽtibus ſpecie in eo, quod quid eſt, prędicatur: & ſpeciẽ dicim⁹ id quod ſub aſſignato genere ponitur: Noſſe oportet ꝙ quoniã genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies: idcirco neceſſe eſt in vtrorũque rationibus vtriſq; vti. Aſſignant ergo & ſic ſpeciẽ. Species eſt, quę ſub aſſignato genere ponitur, & de qua genus in eo quod quid eſt, prędicatur. Amplius autẽ ſic quoque: Species eſt, quę de pluribus, & differẽtibus numero in eo, quod quid eſt, prædicatur. Sed hęc quidem aſſignatio ſpecialiſſimi eſt, & eius quę ſolũ ſpecies eſt, non etiam genus: aliæ verò & non ſpecialiſſimorum eſſe poſſunt. Planum autẽ erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoque prædicamẽto ſunt quędã generaliſſima, & rurſus alia ſpecialiſſima: & inter generaliſſima, & ſpecialiſſima ſunt alia, quæ genera, & ſpecies dicuntur eadem. Eſt autem Generaliſſimum quidem ſupra quod nullum aliud ſit ſuperueniens genus: Specialiſſimum autem eſt, poſt quod nõ eſt alia inferior ſpecies. In

ter

ter generaliſſimum autem, & ſpecialiſſimũ alia ſunt, quæ genera, & ſpecies ſunt eadẽ, ad aliud tamen, & ad aliud ſumpta. Sit autem in vno quidem prædicamento manifeſtum quod dicitur, Subſtantia eſt quidem, & ipſa genus: ſub hac autem eſt corpus, ſub corpore autẽ animatum corpus, ſub quo animal: ſub animali verò rationale animal, ſub quo homo: ſub homine verò Socrates, & Plato, & qui ſunt particulares homines. Sed horũ ſubſtantia quidẽ Generaliſſimum eſt, & genus ſolùm: homo verò Specialiſſimum, & ſolùm ſpecies: corpus autẽ ſpecies quidẽ eſt ſubſtantiæ, genus verò corporis animati: ſed & animatum corpus, ſpecies quidem eſt corporis, genus verò animalis. Rurſus animal ſpecies quidẽ eſt corporis animati, genus verò animalis rationalis: ſed rationale animal ſpecies quidẽ eſt animalis, genus autem hominis: homo verò ſpecies quidẽ eſt rationalis animalis, nõ autẽ genus particulariũ hominum, ſed ſolùm ſpecies: & omne quod eſt ante indiuidua, proximeq; de ipſis prædicatur, ſpecies erit ſolùm, non etiã genus. Quẽadmodum igitur ſubſtãtia cùm ſuprema ſit, eò quòd nihil ſupra eã ſit, genus eſt generaliſſimũ: ſic etiam homo cùm ſit ſpecies, poſt quã non eſt

alia ſpecies, neque aliquid eorũ, quæ poſſunt diuidi in ſpecies, ſed ſolùm indiuidua (indiuiduũ enim eſt Socrates & Plato,) & hoc albũ ſpecies erit ſolùm, & vltima ſpecies, & (vt dictũ eſt) ſpecialiſſima: quæ verò ſint in medio, eorum quidẽ quæ ſupra ipſa ſunt, erũt ſpecies: eorum autem quæ poſt ipſa, ſunt genera.

Quare hæc quidem duas habẽt habitudines, eã quæ eſt ad ſuperiora, ſecũdum quam ſpecies ipſorum eſſe dicuntur: & eam quæ eſt ad poſteriora, ſecundũ quam genera ipſorum eſſe dicuntur. Extrema verò habent vnam habitudinem: nam & generaliſſimũ ad ea quæ poſteriora ſunt habet habitudinem, cùm genus ſit omnium ſupremum: eam verò quæ eſt ad ſuperiora nõ habet, cùm ſit ſupremum, & primum principiũ, & (vt diximus) ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus: ſpecialiſſimum autem vnam habet habitudinem, eam quæ eſt ad ſuperiora, quorũ eſt ſpecies: eam verò quæ eſt ad poſteriora non diuerſam habet, ſed eandem, nam & indiuiduorum ſpecies dicitur. Sed ſpecies quidem dicitur indiuiduorum, velut ea continens: ſpecies verò ſuperiorum, vt quæ ab illis continetur.

Determinant igitur generaliſſimũ genus ita,

quod cũ genus ſit, non eſt ſpecies. *Et* rurſus, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus.

Specialiſſimum verò, quod cùm ſit ſpecies, nõ eſt genus. Et cùm ſit ſpecies, nunquam diuiditur in ſpecies. Et quod de pluribus, & differentibus numero in eo, quod quid eſt, prædicatur.

Ea verò, quæ in medio ſunt extremorum, ſub alterna vocanr genera, & ſpecies: & vnumquodque ipſorũ ſpecies eſſe poteſt & genus ad aliud quidem, & ad aliud ſumpta. Ea enim, quæ ſunt ſupra ſpecialiſſima, vſque ad generaliſſimum aſcendentia, & genera dicuntur, & ſpecies ſubalterna: *S*icut Agamenon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimò Iouis. Sed in familijs quidem plerumq; ad vnum reducuntur principium: verbi gratia, ad Iouẽ. In Generibus verò & Speciebus uon ſic ſe habet: Neque enim vnũ commune genus omniũ eſt ens, nec omnia eiuſdem generis ſunt ſecundum vnum ſupremum genus, quemadmodũ dicit Ariſtoteles: ſed poſita ſint (quemadmodùm in Prędicamentis dictũ eſt) prima decem genera, quaſi prima decẽ principia. Et ſi quis omnia, entia vocet, equiuocè (inquit) nuncupabit, & non vniuocè: ſi enim ens vnum eſſet commune omnium genus, vniuocè omnia

omnia entia dicerentur. Cùm verò ſint decem prima, commune eſt ens ſecundùm nomen ſolùm, non etiam ſecundum rationem, quæ ſecũdum entis nomen eſt. Decem igitur Generaliſſima quidem ſunt: Specialiſſima verò in numero quidẽ quodam ſunt, non tamẽ infinito. Indiuidua aũt q̃ ſunt poſt ſpecialiſſima, infinita ſũt. Quapropter vſque ad ſpecialiſſima à generaliſſimis deſcẽdentes iubebat Plato quieſcere. Deſcẽdere autẽ per media diuidẽdo ſpecificis differẽtijs: infinita vero (inquit) relinquenda ſuadet, neque enim eorum fieri poſſe diſciplinam.

Deſcendentibus igitur ad ſpecialiſſima, neceſſe eſt, diuidentes per multitudinem ire: aſcendentibus vero ad generaliſſima, neceſſe colligere multitudinẽ in vnũ. Collectiuũ enim multorũ in vnam naturam, ſpecies eſt, & magis etiam genus. Particularia vero & ſingularia è contrario ſemper in multitudinem diuidũt id, quod vnũ eſt. Participatione enim ſpeciei, plures homines ſunt vnus homo: in particularibus autem, & ſingularibus vnus, & communis, plures: diuiſiuũ enim ſẽper eſt quod ſingulare eſt: collectiuũ autem & adunatiuũ, quod cõmune eſt. Aſſignato autem Genere, & Specie, quid ſit vtrunq; eorũ, & Genere

& Genere quidem vno exiſtente, Speciebus verò pluribus (ſemper enim in plures ſpecies diuiſio Generis eſt) Genus quidem ſemper de ſpeciebus prædicatur, & omnia ſuperiora de inferioribus: Species autem neque de proximo ſibi genere neque de ſuperioribus, neque enim cõuertitur. Oportet enim aut ęqua de ęquis prædicari, vt hinnible de equo: aut maiora de minorib', vt animal de homine: minora verò de maioribus minimè: neque enim dices animal eſſe hominẽ: quemadmodũ hominẽ dices eſſe animal. De quibus autẽ ſpecies prædicatur, de ijs neceſſariò & ſpeciei genus prædicabitur, & generis genus, vſque ad generaliſſimum. Si enim verũ eſt Socratem hominem dicere, hominem autẽ animal, animal autem ſubſtantiam: verũ eſt & Socratem animal dicere, atque ſubſtantiã. Semper enim cùm ſuperiora de inferioribus prędicẽtur, & ſpecies quidem de indiuiduis prædicabitur: Genus autem & de ſpecie, & de indiuiduo: Generaliſſimum verò de genere, vel generibus, ſi plura ſint media, & ſubalterna: & de ſpecie, & de indiuiduo. Dicitur enim generaliſſimum quidem de omnibus ſub ſe poſitis generibus, & ſpeciebus, & indiuiduis. Genus autem, quod

quod ante ſpecialiſſimum eſt, de omnibus ſpecialiſſimis, & indiuiduis: ſolùm autẽ ſpecies de omnibus indiuiduis: indiuiduũ autẽ de vno ſolo particulari. Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc album, & hic veniens Sophroniſci filius, ſi ſolus ſit ei Socrates filius. Indiuidua autẽ dicuntur huiuſmodi, quoniam ex proprietatibus conſiſtit vnumquodque eorum, quarũ collectio nunquam in alio quolibet eadem erit. Socratis enim proprietates, nunquam in alio quolibet erunt particularium eędem. Eæ verò quæ ſunt hominis proprietates (dico autem eius qui eſt communis) erunt eædem in pluribus, magis autẽ & in omnibus particularibus hominibus in eo quòd homines ſunt. Cõtinetur igitur indiuiduum quidem ſub ſpecie: ſpecies autem ſub genere. Totum enim quoddã eſt genus. Indiuiduum autem pars: Species verò & totũ eſt, & pars: ſed pars quidem alterius, totum autẽ nõ alterius, ſed in alijs: in partibus enim totum eſt. Igitur de Genere quidem, & ſpecie, & quid Generaliſſimum, & quid ſpecialiſſimũ, & quæ genera eadem, & ſpecies ſint, quæ etiã indiuidua, & quot modis genus, & ſpecies dicantur, ſufficienter dictum eſt.

Antequam

Cur prius de ſpecie quàm de differentia diſſeratur.

Prima ratio.

ANtequam Porphyrij verba exponamus animaduertamus neceſſe eſt, quod tametſi Porphyrius in proœmio ſpeciei differentiā antepoſuerit, prius de ſpecie agit quam de differentia, tum quod id doctrinæ conſentaneum ſit, quam ſpectare conuenit in harum vocum expoſitione (cū enim genus) atq; ſpecies ſint relatiua, vt paulo inferius dicit, relatiua verò vt in prædicamēto relationis inquit Ariſtoteles, ſimul cognoſcātur, Neceſſariū fuit poſtquā de genere actū eſt, vt de ſpecie diſputaret, Tum etiam quia id poſtulat dignitas præſtantiaque vocū, nā cū de his vocibus diſſeratur, quatenus prædicantur, & vt genus ſic ſpecies inquid prædicetur, longè quidem melius, quàm differentia, aut proprium, aut accidens, quæ aut qualitatem eſſentialē, aut accidētariā prædicāt, poſt genus ſtatim de ſpecie agendū fuit.

De nomine ſpeciei

Cicero.

Præterea conſiderandū eſt, id quod græci εἰδέαν, vocant ab antiquioribus latinis hominibus ſpeciē verti, eius tamē loco Ciceronem atq; elegantiores homines forma vti cōſueuiſſe, non quod ſpecies nō ſatis exactè perfecteq; reddat quod græcū nomē ſignificat, ſed quoniā inutiliter eo nomine vtimur admutandos caſus indicendo. Nolim.n.inquit Cicero in Topicis (ne ſi latinè quidem dici poſsit) ſpetierum & ſpeciebus dicere, & ſæpe his caſibus vtendum eſt: at formis & formarum velim. Cum autem vtroque verbo idem ſignificetur, commoditatem indicēdo, minimè arbitror negligēdā eſſe.

Vſus ſpeciei oratoriæ.

Cur iſtam ſignificationē referat.

Secunda ratio.

Pulchritudo qua potiſsimū reconſtet.

Plotinus.

Licet autem ſpecies multifariam à Poëtis, & oratoribus vſurpari ſoleat vnam dum taxat earum ſignificationum quæ ad philoſophos non pertinent in præſentia nobis tradit Porphyrius, quod ab eo ideo factum eſt, quòd intelligèret, hanc ad dialecticæm ſpeciem intelligendam, non exiguum emolumentum adferre, cæteris nullū, dicitur enim ſpecies vniuſcuiuſque forma, & pulchritudo, qua quidē intelligentia ſpecioſi homines appellantur, & christus redemptor ſpecioſus forma præ filijs hominū dictus eſt, quòd conſtaret cōmenſuratione quadā partiū adinuicē, & ad totū, Cum coloris gratia, Et venuſtate. hac.n.ratione pulchritudo definitur, quā in cōpoſitis rebus ſpectamus, vt Plotinus eſt autor lib. VI. primæ eneadis,

eneadis, qui eſt de pulchritudine, Ariſto.etiam.III, top.pulchritudinem in cōmenſuratione partium ſitam eſſe refert, quam. VII. politi.ſpectari inquit, in magnitudine multitudineque. quod dixerat exemplo Porphyrius declarat, dicens, hac ſignificatione dici primum ſpeciem dignam imperio, non Priami vt nonnulli interprætantur, quamquam ita conſtare Porphyrij ſententiā poſſe dubium non eſt. vt præter alios Andreas tyraquellus probat ex euripide his verbis, Πριάμου εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Priami ſpecies digna imperio, eſt autem hic verſus quidam euripidis vt ex Stobeo conſtat ſermone. LXIII. Cum enim apud euripidem in pheniſsis, nutrix alumno fauſta fœliciaque multa in præcaretur intercætera illi exoptat ſpeciem imperio dignam, ita enim ait, ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔννον ἄρρεν ἀρρένων. πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, id eſt, vtinā videre contingat mihi ipſorum nepotes nepotum primum quidē forma dignos imperio. vt.n. Ariſto.ſcribit lib.I.eth.non infima pars fœlicitatis eſt pulchrū eſſe, hæc eſt.n.omnium qui rectè atq; ingenue philoſophātur vox, egregiam mentem non ſubquouis corpore latere. atq; huc arbitror proculdubio pertinere quod à Platone poëtice ſcriptum eſt, deorum, hoc eſt mentium beatarū equos & currus, corpora intelligit, decoros eſſe, & Ambroſia nectareque nitidos. homerus præterea Achilē, vlixem & Menalaum quos virtute præſtantes facit. Pulchros fingit, θεοειδεῖς καὶ θεοεικέλους, vocās cōtra vero ignauæ mēti de formè corpus affingit, quod in therſite, plane conſtat. hunc imitatus maro æneam, Iulium. Eurialum pulchros facit. & vt taceā Ariſtotelē qui ſecūdo lib. de anima ex indicijs corporis mētē conijcit hiſtoriographorū certè conſenſu hoc teſtatiſsimū eſt. Socrates etiā apud Platonē in phœdro ſub obſcure, vt ſolet, optimū corporis habitū bonæ mētis argumētū eſſe ſignificat, aut ſaltim adiumētū, illū notās atq; depingēs pulchri equi nomine, hāc equitis appellatione, nā vt Plotinus lib. de pulchritudine inquit, quæcunq; ſunt natura intus bona extrinſecus pulchra apparent ſiquidē ex interioris formæ perfectione & ſeminaræ rationis victoria ſuper materiā, vt ille ait, externa pulchritudo exiſtit.

Ariſtoteles.

Porphyrij exemplum explicatur.

Tyraquellus.

Euripides.

Stobeus.

Plato.

Homer⁹.

Vergili⁹.

Socrates.

Hac verò, quam diximus ſignificatione, ſpecies cū dialectica cōvenit,

Hæc ſpecies quo pacto conueniat cũ ſpecie dialectica.

uenit, quoniam ut illa eſt pulchritudo eius in quo eſt, ita hæc indiuiduis pulchritudinem impertit, capiunt enim indiuidua quam habent perfectionem ab ſpecie ſub qua complectuntur. Et quo pulchrior ſpecies eſt, eò ſunt elegantiora ſub ipſa indiuidua, quæ res in cauſa fuit, ut à Porphyrio in præſentia adduceretur.

Cur nõ refert alias ſignificationes ſpeciei.

Quamuis autem ſpeciem in prima philoſophia formam atque ſubſtantiam rei uniuſcuiuſque appellat Ariſtoteles, & ſimiliter in libris de generatione atque interitu, quo nomine magnam habet affinitatem & ſimilitudinem, cum ſpecie quam in præſentia exponimus quoniam altioris illa negocij eſt, atque exactiorem requirit contemplationem à Porphyrio eſt prætermiſſa, pertinet enim ad primam philoſophiam aut ad libros de ortu atque interitu.

Trifariã dialectica ſpecies conſideratur.

Triplex deſcriptio ſpeciei

Aſsignatũ genus.

Tria exẽpla cur tradit porphyrius.

Poſtquam Porphyrius prædictam ſpeciei ſignificationem quæ tota eſt oratoria puæſtitit nobis, dialecticam pergit tradere, quæ cum trifariã conſideretur, uidelicet qua generi ſubijcitur, & quatenus de inforioribus prædicatur, tandem utraque ratione triplicẽ quoque adfert deſcriptionem, quæ triplici eiuſdem uſui reſpondeat. quarum quæ ſubiecti rationem explicat ſic habet, ſpecies eſt quæ ſub aſsignato iam genere ponitur, id eſt quæ generi ſubicitur, proximè à nobis expoſito, hoc enim in præſentia Porphyrius, uocat aſsignatum genus, definitum iam capite ſuperiori atque expoſitum, neque uno contentus tria huius rei exempla ſuppeditat ut ſic non ſolum ſpeciem quæ ſubſtantia eſt, ſed quæ ſub genere accidentis reperitur, cõplecteretur. Homo enim ſpecies eſt quia ſub animali, quod eſt genus ad ſubſtantiam pertinens collocatur. Album quoq; quia ſub colore quæ eſt qualitas ponitur, triangulus etiam quia ſub figura, quæ ad geometras pertinet. uſus eſt autem porphyrius albo uice candoris, non quod putaret eſſe ſpeciem coloris ſed quoniam rudi multitudini orationẽ accõmodabat notiori uoce uſus eſt ignotæ loco. notius eſt enim multitudini album quam Albedo.

Qua ratione albũ ſumatur cum ſpecies coloris ſingitur.

Verum cum in primis duobus exemplis nulla controuerſia ſit, quod tertio loco poſitum eſt, triangulum inquam figuræ ſpeciem eſſe nonnulli falſum eſſe putant. Alij prorſus indubitatum, priores

Verum tamen ſententia eius doctiſsimi uiri quidem hac parte non probatur ſiquidem planum eſt adque apertum figuram genus eſſe ad triangulum & quadrangulum & ad ceteras aliaſ figuras primum exemplo porphirij tum etiam ex ſententia amonij deinde etiam & ratione ſiquidem figura de omnib

Sub ſe collocatis prædicatur in quid quem ad modum & genus nam ſi ut interroganti quid ſit homo animal eſſe reſpondemus ita interroganti quid ſit triangulus figuram eſſe, reſpondebimus. reſtat autem ut ad argumenta quæ in contrariam partem adducuntur ſatiſfaciamus. Unde ad primum reſpondet

Vtrũ triãgulus ſit ſpecies figuræ.

Quod non ſit ſpecies Prima ratio.

quidem ita diſputant, Genus ut Ariſtoteles eſt author, ſecũdo capite ſecundi topicorum. et libro quinto. nomine & ratione de contentis ſubipſo formis prædicatur, non quidem diuerſa ſed eadem, nam animalis ratio, ſubſtantia, inquam, animata ſenſitiua eadem prorſus eſt, in homine brutiſque animantibus, neque in his reperitur prius, in illis poſterius, ſed figuræ ratio non eſt eadem in omnibus, ſub ea contentis & præterea ſecundum prius & poſterius de eiſdem, prædicatur minimè ergo exiſtimari debet trianguli genus. minor ſic probatur (nam cæteræ partes ratiocinationis dubiæ non ſunt) triangulus comparatur ad quadrangulum ſicut ternarius ad quaternarium, ternarius uerò numerus longè prior eſt quaternario, ergo & triangulus quadrangulo. Amplius, quia cũ omne quadrangulum diuidi aptum ſit in duos triangulos rectorum angulorum, ut præſens figura oculis ſubijcit, & omne quod cõponitur ex altero eo ipſo ſit poſterius natura, erit triangulus prius quadrangulo, atque ex conſequenti ſi figura ad utrumque referatur non erit genus.

Secunda ratio.



alij uerò in quibus quidem eſt Hãmonius Hermeas grauiſſimus philoſophus primum Porphyrij auctoritate perſuaſi, deinde quia credunt ſuperiores rationes parui eſſe momẽti arbitrati ſunt figurã genus eſſe trianguli, quadrãguli & ſimiliũ figurarũ mihi tamẽ rẽ ipſam cõtẽplanti magis probatur eorum hominum ſententia qui defendunt figuram non eſſe genus, quàm eorum quibus contra uidetur. Neque ego tam facilè auſus eſſem à Porphyrio atque Hãmonio cæteriſque grauiſsimis philoſophis diſſentire, niſi me cõmunis doctoris auctoritas Ariſtotelis inquam, permoueret. Is enim lib. II. de anima confeſſus eſt figuram minimè genus eſſe trianguli ac cæterarum figurarum, nam cum animæ finitionem aſsignaret negauit illam eſſe ullius animæ propriam, atque ob id ne eſſe quidem ueram definitionem animæ, tum quia non eſt una omnium communis anima, tum etiam quia in hijs reperitur prius atque poſterius, definitionem autem pariter omnibus conuenire neceſſe eſt, quare hoc tãtum habet explicatio animæ ut ſit omnis partis animæ cõmunis. quæ omnia probat animæ ineſſe perinde atque

Quòd triãgulus ſit ſpecies. Hammonius. Porphyrius.

Noſtra ſententia. Ariſtoteles.

apponimus Conſiderare dupliciter [illegible] figuræ, triangulum & quadrangulum uno modo materialiter alio modo formaliter ſi conſiderentur materialiter in illis prius eſt & poſterius ut uero ſi formaliter minime nam figuræ ratio æqualiter conuenit

triangulo atque quadrangulo et etiam omnibus aliis … presentia non materialiter sed formaliter considerantur siquidem non de rebus sed de secundis intentionibus agitur. Ad 2m respondetur quod hec non est definitio figure immo potius est descriptio … ut dissuasione … item quia figura … universale definire quidditativa definitione non potest

Ex definitione ſumitur argumētū.

figuræ, quæ vna non eſt vt genus, & non omnibus ſimiliter figuris ineſt, & ideo neque propriè definiri poteſt, explicatur tamen communi quadam deſcriptione, hac ſcilicet figura eſt, quæ linea aut lineis conſtat. nam diſiunctiua particula argumento eſt, non eſſe vnam definitionem, cum ſexto libro top. præcipiat Ariſto. nullam talem definitionem eſſe. eſt enim definitio vna cum ſit vnius naturæ explicatrix, diſiunctio vero duplicem eſſe demōſtrat. quæ vt planius conſtet placet Ariſtotelis verba referre, perſpicuum igitur eſt, inquit, animæ finitionem eſſe, perinde atque figuræ neq; enim ibi figura vlla præter triangulum eſt, & quæ ſequuntur, neque hic anima vlla præter eas quas diximus, at vt in figuris ſic in anima fit, nam tam in figuris quàm in animantibus, in eo quod deinceps eſt collocatū id ineſt potentia quod illo eſt prius, in quadrato namque triangulus & vegetatiuum in ſenſitiuo ineſt, quapropter in ſingulis querēdum eſt quænam ſit vniuſcuiuſque animæ propria definitio, vt in figuris. idē planè teſtatur cap. IIII. lib. II. de cœlo quare huiuſmodi ſententia, & ratione, & tanti viri authoritate corroborata credendum eſt figuram genus non eſſe trianguli.

Quam adferat Porphyrius dubitationem.

Adducit deinde obiectionem quandam Porphyrius aduerſus aſſignatam ſpeciei deſcriptionem, dicens, cum omnis ambiguitas, circuluſque à diſciplinis remoueri debeat, quid ita factum eſt, vt cum prius genus deſcriptum ſit per ſpetiem, quando dictum eſt, genus eſſe ſub quo ponitur ſpecies, nunc quoque in ſpeciei explicatione genus aſſumatur, eamque dicamus ſub genere poni. Quam dubitationem ex ſexto libro topicorum Ariſtotelis à Porphyrio deſumptā, Idem porphyrius non alio modo diluit quam eo in loco ab Ariſtotele refellitur, ideo factum eſſe dicens quòd genus atque ſpecies relatiua ſint, atque ideo vt explicētur eſſe neceſſariū in vtrorūque rationibus, hoc eſt deſcriptionibus vtriſque vti.

Vnde cœperit hāc dubitationem.

Diſſoluitur.

Quæſtio. Vtrū vnū relatiuū poſſit definiri per alterum.

Hoc tamen loco dubitatio ſuboritur, vtrum liceat vnum correlatiuum per alterum definire quòd ſi non licet quo pacto id fieri cōmodè aptèque poſſit. Quam dubitationem libet in præſentia excutere, quoniam præſenti inſtituto conuenit. Et ſi rectè intelligatur,

Ad 3m et ultimum respondetur quod … multas locutus est adversus platonem qui aiebat animas esse realiter separatas ab ipsis corporibus. Et ideo inquit neque hic anima ulla praeter eas quas diximus. quare et nostra sententia verior est

multas affert commoditates. Quemadmodum autē in cæteris omnibus de quibus ratione diſputatur, facilè reperiuntur, qui contraria ſentiant, inuicemque repugnēt, ita quòd ad rem præſentem attinet, non deſunt qui dicant vehementerque cōtendant, minimè integrum eſſe, alterum relatiuorum per alterum explicare, quorū autorum illa prima ratio eſt, in diſciplinis vitanda eſt Circulatio, quē admodū dictum eſt, ſed ſi relatiua ad inuicem definiantur, mutuaque indigeant opera, hanc non facilè eſt fugere, aut impoſſible, ergo minimè licet alterum per alterum viciſſim explicare. Secunda ratio eſt. Si hoc verum eſſet fatendum etiam eſſet, vnam eandemque rem priorem eſſe ac poſteriorem reſpectu eiuſdem, & cōſimiliter, quod falſum eſſe, ac prorſus impoſſibile Ariſtoteles tertio capite primi libri de poſteriori reſolutione teſtatur, & præterea cū rerum natura maximè pugnat. Quod autem ſequatur, ita nitūtur perſuadere huius ſententiæ auctores. Nam cum omnis definitio, aut explicatio rei prior ſit, atq; notior ea re, quæ definitur, vt Ariſtoteles refert cap. II. ſexti libri topicorum, quandoquidem per eā ipſam exponitur redditurque nota, & partibus conſtat eius rei, quæ definitur, quæ natura rem compoſitam antecedūt, ſi genus vt explicaretur, ſpeciè indigeret, eſſet proculdubio genere prior atque notior ſpecies, quòd ſi contra per genus ſpeciem diffinire neceſſariū ſit, erit ſimiliter genus eadē ipſa ſpecie eodémque modo (nam ſecundum naturam) prius atque notius. vnde quoque neceſſario cōſequi videtur, horū neutrū intelligi poſſe. Nam ſi. A. per. b. cognoſcatur & . b. per A, nec ſit alterū altero prius, ego nō video (inquit aduerſarius) quo pacto cognoſci poſſint, quæ ſunt eiuſmodi. Rogati tamē id genus homines qua potiſſimū ratione (ſi hac nō licet) definire cōueniat relatiua intrepidi reſpōdēt optime explicari ſi in vtriuſque definitione alterius fundamētū aut ſubiectū ponatur. atq; ita traditi à ſe documēti memores, patrē definiunt hominē qui genuit aliū hominē & cætera relatiua ſimili modo. Ego tamē doctorū hominū teſtimonijs fretus dicere auſim, Nullo modo melius explanari poſſe relatiuum quam ſi in definitione ſua correlatiuum ſumat,

Quòd nō poſſit finiri vnū relatiuum p alterū.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quam rationē ſequantur aliqui explicandi relatiua.

Noſtra ſentētia.

Porphyrius.

Ariſtoteles.

quinimo ne eſſe quidem vllum alium modum definiendi ea quæ ad alterum ſunt. Cui ſententiæ proculdubio Porphyrius fauet cum ait neceſſarium eſſe in vtrorumque rationibus vtriſque vti. nec ab ea diſsidet Ariſtoteles in prædicamentis; Cum de his quæ ſunt ad aliquid diſſerens, inquit. Qui diffinitè nouerit vnũ relatiuum definitè quoque noſciturum reliquũ. Sed huius ſententiæ apertius Auctor eſt Ariſtoteles capite tertio ſexti libri topicorum. Cum enim præcepiſset, omnem definitionem ex prioribus & notioribus confici oportere obiectioni occurrens inquit, oportet autem non latere quædam fortaſſe aliter definiri non poſſe, vt duplum ſine dimidio, & quæcúmque per ſe ad aliquid dicuntur, nam omnibus huiuſmodi eſt idem eſſe ei quod eſt ad aliquid quodã modo ſe habere. Quare non eſt poſsibile ſine altero alterum cognoſcere, quippe cum neceſſarium ſit, in alterius oratione coaſſumi & alterum, idem quoque refert, paulo inferius his verbis. Conſiderandum autem et ſi ad quod natum eſt, vnum quódque eorum quæ ſunt ad aliquid aſsignabit definiens. quaſi dicat neceſſarium eſſe, illi qui cuipiam relatiuorum aſsignare definitionem cupit, alterius rationem habere. ratione præterea perſuadetur opinio. Nam definitione res cognoſcũtur. ſunt enim proprium & definitio ſciendi gratia inuenta, Ariſtotele auctore, quinto & ſexto libro topicorum: ſed fieri non poteſt, vt vnum relatiuum ſine altero cognoſcatur, vt ex relatiuorum definitione conſtat, quæ ſic habet. ad aliquid talia dicuntur quæcúmque hoc ipſum quod ſunt, aliorum ſunt quodam modo ſe habere, ergo neque poteſt aut definiri aut explicari vnum relatiuum ſine altero. Præterea relatiua ſimul natura ſunt, & quæ ſũt huiuſmodi ſimul cognoſci debent ex Ariſtotele quinto capite ſexti topicorum quare neceſſarium eſt qui velit definitione alterum relatiuorum cognoſcere in eadem alterius meminiſſe. Nemo enim nouit quempiã eſſe patrem niſi qui nouit filium cuius dicitur pater. Vt neque duplum quidpiam eſſe, niſi dimidium nouerit, cuius duplum eſt. Nam quod iſti ingenti quadam ſubtilitate (vt ſibi quidem videtur, diſputant commode per fundamenta definire licere relatiua, nimium à

Ratione probatur opinio.

Secunda ratio.

Refellitur aliorũ ſentẽtia.

vero

vero abhorret, nam ſi hoc pacto fiat definitio, non exactè quidem explicabit nobis eius rei quæ definitur naturã, quatenus ad alterũ refertur. Conueniebat autẽ ita fieri. Relinquitur ergo, ſi rectè velimus relatiuorũ definitiones cõſtituere, eas ipſas facere oportere per correlatiua. Sed quoniã bifariã quidpiã ad alterũ refertur, vt in topicis monet Ariſtoteles, & copioſius dicendũ eſt in prædicamento relationis, per ſe inquam, & ſecundũ accidens, quæ vulgatis nominibus, ſecundũ eſſe & ſecundũ dici appellãtur, licet quod eſt ad alterũ per ſe, nõ poſsit definiri niſi per relatũ, quia hoc ipſum quod eſt alterius eſt, quod per accidẽs, refertur ad alterũ optimè quidẽ, ſine correlatiuo definitur. Nã habitus, qui ad alterũ dicitur, eſt .n. alterius habitus, quia hoc ipſum quod eſt nõ eſt alterius ſed potius ſpecies qualitatis, rectè profectò definietur, etiã ſi alterius ad quod dicitur nulla in definitione, fiat mẽtio, eſt. n. habitus qualitas quædã tenaciter hærẽs ſubiecto multis actionibus comparata, propenſam reddens partem illam in qua exiſtit ad agendũ. quàm ſententiam ſignificare volens Ariſtoteles capite tertio ſexti topicorum dixit, quædam fortaſſe aliter definiri non poſſe vt duplum ſine dimidio, & quæcunque per ſe ad aliquid dicuntur. Nam in omnibus his quæ ſunt huiuſmodi (hoc eſt quæ per ſe ſunt ad aliquid) eſt idem eſſe ei quod eſt ad aliquid quodam modo ſe habere. Cæteris verò minimè. eadem etiam ratione vt mihi quidem videtur, in capite de relatiuis, exhibita definitione eorum relatiuorum quæ ſunt ad aliquid per ſe, & exploſa vtriſque cõmuni qua antiquiores Ariſtotele vſi fuerant, ſubiecit, ſi quis definitè cognouerit vnum relatiuum definitè cognoſcet & reliquum ac ſi diceret hoc eſſe peculiare relatiuorum quæ ſunt per ſe. Reliquum eſt vt aduerſariorum argumenta atque rationes diluamus. Ita enim firmior atque conſtantior reddetur noſtra opinio, quoniã inſtantias ſoluere, & rationes aduerſarij refutare, eſt quidem confirmare propriam ſententiam, primo elenchorum. animaduertendum tamen eſt, quòd relatiua ſimul cognoſcuntur, non autem vnum per alterum, ſed in altero aut cũ altero. Sic. n. inquit Ariſtoteles ſexto top. Impoſsibile eſt alterũ ſine

Duobus modis vnũ ad alterũ refertur.

Quod genus relatiuorum ſine altero definiri poſsit.

Habitus quid ſit.

Locus ex capite de relatiuis explicatur.

Diluũtur rationes aduerſariorum.

Vnũ relatiuũ non cognoſcitur per alterum.

altero

altero cognoſcere nã pater nõ per filiũ, ſed vnà cũ filio cognoſcitur & ſimiliter genus vt ad ſpeciẽ refertur, nõ per ſpeciẽ, ſed cũ ſpecie vnde perſpicuũ eſt, neq; idẽ eſſe prius & poſterius, notius & ignotius. nec in doctrina vllas eſſe ambages, queadmodũ aduerſarius obiecerat, atq; ex cõſequẽti ſolutionẽ cõpẽdio accipiũt rationes contrariæ:

Obiectio

poſſit aliquis obijcere, falſum eſſe quod porphyrius inquit, ſemper vtendum eſſe ſpecie in definitione generis, & contra, cum Porphyrius dicat ſpecies eſt quod prædicatur de pluribus differentibus numero, in eo quod quid eſt. In qua definitione nulla generis mentio ſit.

Diluitur

verum hæc obiectio ea ratione diluenda eſt quod ſolũ in relatiuis, quatenus relatiua ſunt verum ſit quod diximus alio autem modo nihil prohibet vnum non definiri per alterum, ſpecies, ergo. vt ſpecies eſt atque ad genus refertur non poteſt ſine genere definiri, neque vice verſa. verum vt ſpecies eſt quoddam vniuerſale & ad indiuidua confertur de quibus prædicatur optimè ſanè finiri poteſt ſine genere, quod facit Porphyrius illa definitione, quã diximus.

Quæſtio.

Dubiũ præterea eſt cũ ratione definitũ ſit à nobis genus & ſpeciẽ eſſe correlatiua, ita vt genus ſpeciei genus ſit, ſpecies generis ſpecies, vtrũ genus vt vniuerſale eſt, dũtaxat referatur ad ſpeciem, an ad indiuidua tantum, an potius ad vtrumque, idemque verti in dubium de ſpecie poteſt, vtrum inquam ſpecies quatenus ſpecies eſt ad genus referatur, an ad indiuidua de quibus prædicatur.

Vtrũ genus ſolũ ſit genus ſpeciei, an etiã indiuiduorũ

Quam ſanè dubitationem (quoniam probabiles vtrimque rationes habet) ancipitem puto, plerique enim arbitrantur genus non ſolùm ad ſpeciem dici ſed præter ſpeciem ad indiuidua Et hoc quatenus genus eſt. vnde neceſſaria quadam rerum conſequentia coacti aſſerunt correlatiuum generis non eſſe ſpeciem, ſed etiã indiuiduũ, quorũ vna ratio eſt hæc.

Primaratio.

Genus, animal, de indiuiduis dicitur, nam Socrates animal appellatur, & bucephalus ſimiliter, ſed non prædicatur de his vt ſpecies, cũ huiuſmodi indiuidua diuerſis formis comprehendantur, nec vt differentia, proprium aut accidens, quẽadmodum conſtat, à ſufficienti ergo partium connumeratione colligitur vt genus prædicari, eſt ergo indiuiduorum genus, vt ſpeciei.

Secunda ratio.

Altera ratio eſt quia vt poſt Paulo dicetur, Porphyrius generis, atque ſpeciei vtilitates commemorans, cum ſpeciem dicat tantum de indiuiduis numero differentibus prædicari, genus ait de formis, atque earundem formarum indiuiduis dici, & cũ non facilè ſit docere qua alia ratione quã generis prædicetur, conſequitur de indiuiduis rationem generis prædicare, atque ob id indiuiduorum eſſe genus quemadmodum ſpeciei. conſimiles rationes de ſpecie effici à nobis poſſunt quas prudens atque ſciens prætermitto.

Noſtra ſentẽtia.

Mihi tamen veriſimilius videtur, genus ſpeciei tantum genus eſſe indiuiduorũ minimè & ſpeciem dumtaxat eſſe ſpeciem ſi ad genus conferatur accipiatur, quia ad alterũ nõ aũt vt prædicabile quoddã, nã vt prædicabile vel vniuerſale quoddã eſt, de indiuiduis tantũ prædicatur, atq; ad indiuidua refertur.

Primaratio.

in qua quidẽ opinione, ſi tãtiſper auſcultemus, videtur eſſe Porphyrius. nam ſi genus Porphyrio nõ ſit ſpeciei dumtaxat genus, & contra ſpecies generis ſpecies qua ratione ſe purgabit, quòd ſpeciẽ per genus, & reciproca ratione genus per ſpeciem definierit? Præterea, quia genus in quantum genus eſt correlatiuum atque refertur tantum ad ſpeciem ergo eſt ſpeciei genus ſpecies etiam qua ſpecies eſt hoc ipſum quod eſt dicitur ad genus, ergò eſt generis ſpecies, non indiuiduorum, tribuit ergo genus ſpeciei nomen ſpeciei, & ſpecies generi nomen generis vt pater filio nomen filij & contra. nomen verò prædicabilis accipiunt & genus & ſpecies ab inferioribus de quibus prædicantur proximè genus à formis ſub ſe contentis, ſpecies ab indiuiduis, & quidem quatenus ſpecies de pluribus prædicatur differentibus numero non ſimpliciter ſpecies vocatur. Sed ſpecies vniuerſalis vel prædicabilis quatenus refertur ad genus ſimpliciter ſpecies dicitur. Et ea ratione quodã modo ſub genere ponitur, nã genus & ſpecies relatiua ſunt ſuppoſitionis & ſuperpoſitionis. vtrãq; verò rationẽ ſpeciei explicuit porphyrius, tradens duas deſcriptionee ſpecie. & cũ iſto pacto quinq; tãtũ modi prædicandi exiſtant tãtũ quinq; efficiuntur ſpecies vniuerſalis. quòd ſi genus, vt alij aiunt, de indiuiduis diuerſarum formarum prædicatur: Hoc illi non in eſt quatenus genus eſt, id eſt

qua ratione eſt relatiuum, ſed qua ratione eſt vniuerſale. Et tunc propriè de illis non dicitur cum nō dicatur inmediate & proximè quod expoſcit generis ratio & definitio. Sed quoniā dicitur genus de ſpecie, & ſpecies de indiuiduis, genus quoque de indiuiduis dicitur, ſecundum illud ante prædicamentale documentum, quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, quæcumque de eo quod prædicatur dicūtur, omnia etiā de ſubiecto dicētur. Quā ſentētiam manifeſtius inſinuat quinque vocum cōmunia referens Porphyrius, vbi inquit, quòd genus de formis prædicatur, ſed quoniam ſpecies de indiuiduis dicuntur, de eiſdem quoque dicitur genus. Ariſtoteles etiam quarto libro topicorum præcipit omne genus de indiuiduis prædicari, non quidem per ſe ſed ſecundum aliquam ſpeciem. Etenim animal de Socrate ſecundum hominē prædicatur. cuius documenti memor Porphyrius in vocum communibus inquit, etiam ſi genus de formis, atque indiuiduis prædicetur, nō prædicari de indiuiduis immediate, ſed per ſpeciem. quo loco audiendi non ſunt, qui aiunt genus ſi ad indiuidua comparetur nec eſſe genus nec ſpeciem, ſed his interiectum quiddam vocans nomine quoniā vt Ariſtoteles auctor eſt, primo poſteriorum genus quod per vnum nomen exprimitur, nominatum appellandum eſt, quod verò duobus aut pluribus, vt animal mortale, innominatum. hoc autem cum in præſentia minimè contingat, ineptum videbitur ac præter rationē, innominatum genus animal dicere ad indiuidua comparatum. Sed dicetur prædicari genus de indiuiduis vt vniuerſale quoddam aut prædicabile.

Porphyrij teſtimonium.

Ariſtoteles.

Refellitur. Opinio.

Propoſitis duabus prædictis ſpeciei ſignificationibus quæ argumēto ſunt, multiplex eſſe nomen, ſpecies, quod in principio capitis de genere, his verbis ſignificarat Porphyrius, videtur autem neque genus neque ſpecies ſimpliciter dici, adijcit tertiā quandam ſpeciei deſcriptionem, qua exprimitur ſpecies duplicē ſortita habitudinem, vnam ad inferiora, puta ad indiuidua, alterā ad ſuperius, genus inquam. eſt autem deſcriptio hæc, ſpecies eſt quæ ponitur ſub genere, & de qua genus in eo quod quid eſt, prædicatur. quæ vna dumtaxat cenſenda eſt, nō duplex, vt quidam interpretantur.

Tertia deſcriptio ſpeciei.

prætantur. Nam ex duabus partibus vna eademque confecta deſcriptio eſt. his vero non ſatis contentus, hanc quoque addit, ſpecies eſt quod de pluribus & differentibus numero, in eo quod quid eſt prædicatur, qua quidem ſignificatur ſpecies qua prædicabile quoddam eſt, atque de indiuiduis dicitur. homo enim ſpecies eſt ſingulorū hominū quia de pluribus hominibus tātum numero diſſimilibus (cum ſub eadē ſpecie proxima contineantur) in quæſtione rogante quid eſt prædicatur. Roganti enim quæ res ſit Socrates, aptè cōmodeq; reſpōdetur hominē eſſe. inter cæteras verò ſpeciei deſcriptiones, hæc vna ſecūdū prædicabile (vt aiūt) cōſtituit. eſt aūt hæc proprium quoddam ſpeciei, quia omni ſpeciei cōuenit, & nulli alteri, atque ita ea particula de pluribus differentibus numero genus atq; ſpeciē vt indiuiduum ab ſpeciè diſtinguntur, quorū alterum de pluribus differentibus ſpecie, quēadmodū expoſuimus, alterum de vno tātum dicitur. ea particula, inquid, differentia, propriū atque accidens differunt ab ſpecie quoniam differētia eſſentialem qualitatem cætera verò accidentariam prædicant. quod cū ita ſit, congruè mea ſentētia atque elegāter potuit Porphyrius huiuſmodi deſcriptioni addere eas laudes quas generi conceſſit, ac ita dicere, nihil igitur ſuperfluum aut minus continet, ſpeciei dicta deſtriptio notionis.

Vltima deſcriptio.

Explicatur deſcriptio.

Hæc explanat ſpeciē vt prædicatur.

Hoc tamen loco admonendus mihi eſt lector, non omnino exactè Rodolphum Agricolam virum alioqui doctiſſimum primo libro de inuentione ſenſiſſe, ſpeciei nomē ſola cōparatione ad genus eſſe inditum, dictamque ſpeciem eſſe quod confuſum atque informe genus expoliret, & ſpeciendum (ita enim veteres loquebātur) nobis exhiberet. Indiuiduis autē comparatā, iam non amplius ſpeciei formā, retinere, ſed generis, tametſi enim verum ſit (quod nos Paulo ante tetigimus, ſpeciem qua ſpecies eſt genus ſolum reſpicere ad quod dicitur falſū eſt putare ſi cōparetur ad indiuidua de quibus prædicatur nō eſſe ſpeciē ſub vniuerſali cōtētā vt nos tetigimus Paulo ante. Quare ad vtrūq; relata, ſpeciei noīe digna cenſeri debet. meminiſſe tamē cōuenit omnes cōmemoratas ſpeciei deſcriptio

Rodolphus carpitur.

nes, Porphyriũ ab antiquioribus hominibus accepiſſe quod dicendi phraſi, & loquẽdi charactere ſignificatur. Nã primã tradens inquit, dicitur aũt ſpecies. vbi meminit ſecundæ, ait, aſſignant autẽ et ſic ſpeciem. tertiæ demum adijcit, amplius autem & ſic aſſignãt. Veteres enim philoſophi rem eandem multifariam multiſque modis explicuerunt. præter hos autem tres modos explicandi ſpeciem,

Cicero quo modo finiat ſpeciem.

Cicero in topicis, eandem bifariam deſcribit differenter quidem à nobis licet non omnino. primum ſic forma (ita ille appellat ſpeciem vt admonui) eſt notio cuius differentia ad caput generis & quaſi fontem referri poteſt. hoc autem eſt quoniam cum differentiæ, vt Porphyrius inquit in capite de differentia, poteſtate ſint in genere, ad genus tanquam ad caput & earundem principium dicuntur referri.

Secunda finitio Ciceronis.

Secundo modo ſic, formæ ſunt in quas genus ſine vllius prætermiſſione diuiditur. In ſingulis verò vocum deſcriptionibus Cicero generis vice notionem collocat, fortaſſe ad id ſpectans, quod in ſermone de genere diximus, diffinitiones rerum notionibus aſſignari, eo enim modo res queque finitur vt concipitur,

Notio.

& notio eſt inſita & ante præcepta vniuſcuiuſque formæ cognitio enodationis egens, quæ græcè καταλυψις dicitur à nobis vniuerſum dici poteſt, quod ſola notione exiſtit atque mentis cogitatione.

Hæ deſcriptiones nõ explanant naturam ſed accidens.

Antea tamen quam hinc diſcedam lectorem àdmonere libet, nullam earum deſcriptionum quibus Porphyrius vtitur ad exprimendam ſpeciem, explicare veram naturam ſpeciei. Idemque cenſendum eſt de hijs deſcriptionibus quæ generi aſſignantur, ſed dumtaxat proprium quoddam. adiungitur enim ſpeciei, quia continet indiuidua & generi quia multas formas vt interroganti quid ſingulæ illæ ſpecies ſint aut ſingula indiuidua, genus aut ſpeciem reſpondeamus. Rurſum generi & ſpeciei accidit reſpõderi, nam interrogare & reſpondere in hominum voluntate ſita ſunt, non in genere aut ſpecie quare id accidens tantum eſt generis atque ſpeciei. illa verò definitio, quam ex Ciceronis ſententia propoſuimus quæ ab eodem capta eſt ex dialogo Platonis qui ciuilis inſcribitur, potius explicat naturam ſpeciei quã ulla alia, quẽadmodũ ſi quis ad eius

Quæ definitio, explicet naturã generis et quæ ſpeciei.

eius normam genus ita definiret, eſt communis notio quæ plures formas ſui ſimiles complectitur. vt animal hominem & Leonem cæteráſque ſimiles formas atque ſpecies, màximè exprimeret naturam atque ſubſtantiam generis. ſi quis autem roget cur ſi ita ſit Porphyrius nõ ſit vſus deſcriptionibus quæ explicarent naturã generis & ſpeciei ſed propriũ dumtaxat, huic ego facilè ſatiſfecero,

Cur Porphyrius nõ vtatur definitionibus q̃ dicant naturã rei.

fortaſſe ea cauſa à Porphyrio factũ eſſe, & ab Ariſtotele in top. quòd propoſuerint iſtas voces exponere quatenus ad dialecticã ſpectant, quæ tota in interrogãdo & reſpõdendo occupatur. conſentaneum ergo fuit vt diceret, aptas eſſe eas voces quibus reſponderemus interrogãti quid res eſſet aut qualis, quod in tribus etiam alijs vocibus contingit, differentia, proprio, atque accidenti.

Diſcrimẽ iſtarũ deſcriptionum.

Aſſignat tamen differentiam inter duas priores ſpeciei deſcriptiones, & poſteriorem hanc dicens hoc inter vtraſque reperiri diſcrimen, quod hæc quidem aſſignatio ſpecialiſſimi eſt, & quod ita eſt ſpecies vt minimè ſit genus, illæ verò priores conueniunt etiam non ſpecialiſſimis. nam animal quod genus eſt, ſuperiori genere cõtinetur more ſpeciei, animato inquã, de quo animatum prædicatur

Genus q̃ ratione de pluribus numero differẽtibus prædicetur.

verũ tamẽ neq; animal neq; animatũ neq; vllũ aliud ſuperiorũ generũ de pluribus numero tãtũ differentibus prædicatur, ſed de his quæ ſpecie ſunt diſſimilia. Nã tametſi de Socrate & Platone quæ numero tãtũ diſtingũtur, dicatur animal, nõ exiſtimandũ eſt, animal rationem ſubire ſpeciei. oportet enim vt de pluribus numero diſtantibus proximè quidẽ ac nullo medio interiecto prædicetur, quod poſtrema ſpeciei deſcriptione cõprehenditur hoc animali aut cuipiam ſimilium nullo pacto ineſt. quod ſi de Socrate & Platone quæ differunt numero, prædicatur animal hoc habet ab ſpecie, nam quia Socrates & Plato ſub homine ponuntur, de quo immediate proximeque animal dicitur, Genus habet vt de pluribus numero diſtinctis prædicetur.

Cõſuetudo philoſophorũ in definiẽdo

Conſueuerunt enim philoſophi exacti rerũ exiſtimatores, in id genus deſcriptionibus hoc verbum dumtaxat aut tantum ſubintelligere. quod raro exprimunt, neque

neque ſolet niſi à ſophiſtis expeti. hoc autem faciunt quoniam rem definiunt vnam quãque in eo quod talis eſt, ſpecies verò in eo quod eſt ſpecies comprahenſa inquam ſub vniuerſali de pluribus differẽtibus numero dũtaxat prædicatur, nã de pluribus ſpecie differentibus prædicatur vt genus hoc.n. generi ſuapte natura cõpetit, nõ eſt ergo neceſſariũ adijcere verbũ tãtũ, aut ſolũ, deſcriptioni ſpeciei.

Qua ratione explicet ſpecialiſſimũ et ſubalternũ.

Sed cũ monuiſſet aſſignatã ſpeciei deſcriptionẽ infimæ tantum formæ congruere, priores verò duas his etiã quæ ad inuicẽ ſunt genera atque ſpecies, veritusne qua nominis ſuboratur hæſitatio, ſi ignoremus quid appellet ſpecialiſſimũ, quid nõ ſpecialiſſimũ cũ ſint hæc artis dialecticæ vocabula nõ vulgi propria pergit dicere, quam nam appellet infimam ſpeciem, quæ vulgo ſpecialiſſima vocatur, quẽadmodũ & genus ſupremũ, generaliſſimũ. quamquam hac in parte laurentius valenſis vir acri atque acuto ingenio, Porphyrij interpretem reprehẽdit, quod huiuſmodi vocabulis vſus ſit, quæ nihil habent (vt ille putat) cur latina dicantur. arbitratur autem cõmodius multò appellari potuiſſe, ſumma primáque genera, atque infimas ſpecies ſeu vltimas, verum tamẽ Iure à victorino grammatico diſſidet, qui vt eſt apud Gellium, in horum nominum locum, ſufficit, magis genera & magis ſpecies, ſed me Hercle ſi rem ipſam altius excutiamus, & diligentius eidem conſiderationem animi adhibeamus, ſine magno negocio comperiemus fruſtra tam anxie ac ſolicite imo verò tam religioſe, (vt ſic dicam) horum nominum habitam fuiſſe rationem, & inutiliter in eorundẽ vſu vſque adeo moroſos fuiſſe tã inſignes auctores, cum non ſit horum de quibus controuerſia, eſt infrequens vſus apud ſcriptores dialecticæ etiã minimè rudes latini ſermonis. qui nobis in præſentia cõſulendi ſunt, præſertim cũ neceſſe ſit, vt Cicero de finibus diſſerẽs, admonet, re intellecta, in verborũ vſu faciles eſſe. ſi quãdo ergo non huiuſmodi vocabulis vſi fuerimus, nemo nobis iure ſuccẽſebit. ergo vt illuc vnde abij redeã, Porphyrius vt ſpecialiſſima explicet admonet in ſingulis prædicamẽtis, ineſſe quædam ſuprema genera, quaſdã infimas ſpecies, & præterea intermedia quæ vulgo ſubalterna vocãtur, quòd mõ vt genera

Laurentius reprehẽdit interpretem.

Carpitur Laurentius. In vſu nominum à victorino apud Gellium.

Noſtra ſentẽtia.

Re intellecta in verborũ vſu faciles eſſe oportet.

Prædicamentalis ordinis cur Porphyrius meminerit.

uera prædicentur, modo vt ſpecies. quãm rem vt perſpicuam efficeret, aſſumit exempli gratia ſeriem prædicamentariam, in qua velut in tabella, quæ in eo ordine collocantur, proculdubio ſpectare licet. eſt autem ſeries ſubſtantiæ non tam quòd hæc ipſa, omniũ præſtantiſſima ſit ac veluti cæterorum quæ ſunt accidentia, fundamẽtum, ſed etiam quia vocabula eiuſdem multò ſanè ſunt notiora vulgo quàm vocabula cuiuſpiam alterius prædicamenti quæ quidẽ ratio Porphyriũ excuſat, cum enim vocabula ſubſtãtiæ maximè ſint familiaria, etiam rudibus diſciplinarum (quis enim non nouit hominem, animal, corpus, animatum, ſubſtantiam, quibus cõſtat hoc prædicamentum) rectè Porphyrius ad explicandũ prædicabilia vti potuit ſerie prædicamẽtali. hoc enim ab eo ob eam rem factum eſt vt rudi & pingui minerua iuuentutem manu duceret. in hac verò ſerie primum reperitur ſubſtantia, quæ diuiditur incorporeum & corporis expers, quorum alterum, puta corporis expers, multa ſub ſe complectitur, de quibus in capite de ſubſtãtia futurus eſt ſermo, At corporũ aliud animatum eſt, aliud in animè, rurſus quod animatũ eſt in tres partes diuiditur, animal, plantam ζωόφυτων græcè, latinè verò (vt interprætatur Budeus, Plantanimal quoniã natura inter plantam atque animal, medium eſt. ſub quo Ariſtoteles reponit ea animantia quæ degũt petris affixa, quod genus ſunt cõchilia, ſpongiæ oſtreæ, vrticæ, atque horum ſimilia animalia. quo ſpectans, quatuor animatorum gradus conſtituit quos complexus eſt, ea deſcriptione animæ, anima eſt principium vegetãdi, ſentiendi, ſecundum locum mouendi, & intelligendi. Deinde animal aut eſt compos rationis, aut expers. Cõpotis rationis quatuor ſunt partes dij, deorum filij, demon, homo, idque ſecundum Platonis ſentẽtiam qui cum primam ſupremamque rerũ cauſam deum vocet quẽ numero exprimit ſingulari deos ſanè appellat numina ſuper ſpheras collocata, deorũ filios numina in ſphæris, demones numina infra ſpheras. quæ omnia numina Plato, & qui ſubſecuti ſunt Platonici animalia eſſe arbitrati ſunt, & habere corpus cætera verò numina arbitratur corpore vacare, atque ideo Porphyrius Platonis diſciplinæ

Cur ſeriẽ ſubſtãtiæ in exẽplũ adduxerit.

Excuſatur Porphyrius.

Quæ nam in ſint in prædicamẽto ſubſtantiæ.

Budeus.

Plantanimalia q̃ nam ſint. lib. 2. de anima. cap. 2.

Partes cõpotis rationis ex ſententia Platonis.

Dij.

Opinione Platonis. Demones corporati.

Porphyrius. Platonē. Hac parte ſequutus eſt. Chriſtiani aliter putant. Aptat exemplū ꝓpoſito. Infima ſpecies.

diſciplinæ impenſè deditus Platonē doctorem immitatus animal
in has partes diuiſit. longe aliter philoſophantur christiani, qui &
angelos & demones ſpiritus eſſe credunt, & ratione id ipſum per
ſuadere nō eſſet nimium difficile, ſi loci huius ratio pateretur. Sub
homine ſunt poſita indiuidua, Socrates Plato etcætera, inquit Por
phyrius. Ex commemoratis verò ſubſtantia ſupremum genus eſt,
& ſolum genus homo infima ſpecies, & qui nō poſsit eſſe genus,
corpus ſpecies ſubſtantiæ eſt, cum ſub ea contineatur, corpus ani-
matum ſpecies corporis genus animalis, Animal ſpecies animati
genus animalis præditi ratione. Rationale animal, animalis ſpecies
hominis genus homo tandem ſpecies animalis rationalis, nullius
genus, nam etiam hominum ſingulorum ſpecies eſt. Infimam au-
tem ſpeciem à cæteris hac nota Porphyrius ſeparat atque diſtin-
guit, quòd proxima ſit ante indiuidua, id eſt nullo medio interie-
cto ab indiuiduis diſtet. Hæc vero tria rerum genera quæ in ſingu

Cōparantᷣ q̄ in ſubſtantia exiſtant. Obiectio. Diluitur

lis ordinibus prædicamentarijs reperiuntur ea ratione comparan-
tur, quòd extrema, ſupremum inquam genus, ad inferiora tantum
refertur, quorum genus eſt, ſpecies ima ad indiuidua, quorum dici-
tur ſpecies. ſi quis autem obijciat ſpeciem, cum ad ſuperiora refera
tur ſub quibus ponitur, atque ad indiuidua de quibus prædicatur,
duos habere reſpectus huic reſpondendum eſt, vtramque habitu-
dinem vnam atque eādem eſſe. cuius rei argumentum eſt, quòd ab
vtraque eādem prorſus ducimus appellationem. nam quemadmo-
dū quod ponitur ſub genere ſpecies eſt, ita quod de pluribus nume-
ro differentibus prædicatur eſt ſpecies, at qui reſpectus intermedio
rum diuerſus eſt. nā ad ſuperiora rellata ſpecies dicuntur ad inferio

Deſcribit hæc porphyrius. Supremū genus. Prima.

ra verò diuerſa ſpecie, Genera. vt aūt Apertius omniū, quæ cōme
morata ſunt rationē in eamus, ac diſcrimē deprehēdamus genera-
liſsimo, ſpecialiſsimo, atque intermedijs Porphyrius definitiones
aſsignat exorſus à generaliſsimo. atque ita inquit, antiquos philo-
ſophos primum ſic determinaſſe ſupremum genus quod cum ſit ge-
nus, non eſt ſpecies, vt ſubſtantia, quæ cū de inferioribus prædice-
tur, nunquā ſub aliquo ſuperiori genere collocatur. Alio modo neq;
diuerſo

Secunda. Infima ſpecies. Prima. Secunda.

diuerſo illo quidem à ſuperiori, ita definitur, ſupra quod non eſt a-
liud ſuperueniens genus. infimam ſpeciem trifariam definit vnó-
modo, quòd cum ſit ſpecies non eſt genus, vt homo, eſt enim ani-
malis ſingulorúmque hominum ſpecies, neque poteſt vllo modo
eſſe genus. Rurſum, quòd cū ſit ſpecies nō diuitur in ſpecies nā infi
ma ſpecies attoma eſt, atque indiuidua, cū nulla ſint communia in

Tertia. Subalterna aut intermedia Quomodo agnoſcantur intermedia

quæ diuidatur. Tertio modo quod de pluribus ac differētibus nume
ro in eo quod quid eſt prædicatur, quam deſcriptionem, Paulo ante
conuenire dixerat ſpecialiſsimo. ſubalterna verò ſiue intermedia
ſunt, quæ ad inuicem ſunt genera, atque ſpecies, modo ad diuerſa
conferātur, vt animal, animatum, corpus, hæc enim omnia ſi cum
ſuperieribus comparentur, ſunt quidem ſpecies, ſi cum inferioribus
genera, quibus dignoſcendis documentum quoddā nobis Porphy-

Exemplo docet quod in ſubſtātia Ineſſe dixerat. Cur exēplo expro ſapijs vtatur.

rius tradit inquiens intermedia genera eſſe, quæcúmque ſunt inter
ſupremū genus indiuiduámque ſpeciem. Vt autem Porphyrius Pla
nius redderet quod de genere ſupremo infima ſpecie atq; interme
dijs dixerat in prædicamento ſubſtantiæ rē ipſam exēplo quodam
ex proſapijs aut genealogijs ſumpto; explanat, quod ſane exēplum
facilius atq; apertius eſt quam ſeries ſubſtantiæ, quādoquidem ex
hiſtoria captum eſt, quam oportet qui diſciplinas alias adeunt ha-
bere perſpectam. Vt enim in familijs reperitur qui ſit pater cum fi
lius nullo pacto fuerit, itē qui ſit filius pater verò minime, & rur-

Iupiter. Iouis nomine quē ſignificamus. Clemens papa. Cicero. Oreſtes. Reprębēditur interpres.

ſus qui pater ſit atque filius, ita veri ſimile eſt, inquit, accidere in
ſingulis ordinibus prædicamentarijs. iupiter enim omnium hominū
atque deorum à Poetis pater appellatur, nec vllius fingitur filius.
Non eſt autem Iouis nomine in præſentia intelligendus is qui vul
go ſaturni dicitur filius. Sed hoc ipſo multò antiquior, ac ſi veri
tatē excutiamus deus ipſe rerum omniū auctor, vt eſt apud Clemē
tem recognitionum libro vltimo. nam plures habuiſſe nomē Iouis
de natura deorum Cicero diſſerens, teſtatur. Oreſtes verò Agame
nonis filius nullius parens. Nō enim hoc loco reponendus eſt Aga-
menon, vt vulgo fit, cum filium habuerit Oreſtē, ſed potius Oreſtes
eius filius, qui cū Clitemneſtræ matris adulterū ægiſtum interemiſ
ſet furijs

Tãtalus. Vergili'. In georg.

ſet furijs agitatus ſine liberis obijt, ſi qua fides hiſtoriæ eſt. Tantalus verò Iouis filius fuit, Pelopis inſignis humero eburneo pater, Pelops tantali filius, atridis pater, Atrides filius Pelopis Agamenonis pater, Agamenō. Atrei filius, oreſtis pater ad iſtorum ergo ſimilitudinem & normam fieri poteſt vt in ſerie prædicamentaria aliquid inſit quod cum ſit genus non poſsit eſſe ſpecies, quod generaliſsimum nuncupant aliquid quod cum ſit ſpecies, non poſsit eſſe genus, vocatur ſpecialiſsimum, nonnulla etiam intermedia quæ ad inuicem ſunt genera atque ſpecies. Ne tamen quiſpiam exiſtimaret propoſitum exemplum omnino, congruere cum his quæ ad prædicamenta pertinent aſsignat diſcrimen, Porphyrius, dicens, ordines prædicamentorum à familijs hoc nomine potiſsimum differre, quod omnia quæ in familijs omnibus inſunt ad vnum principiū referri poſſunt. tametſi enim centum protrahas lineas familiarū, earum omnium poſsis vnum reperire caput, primumque principium, cum enim Iupiter (vt innui) hominum pater atque deorum ab antiquitate credatur, ad eum ipſum tanquam ad fontem vnde omnia prodiere, cunctæ familiæ referūtur, non ſic autem contingit in prædicamentis, nec enim omnibus ordinibus aliquod vnum principiū aſsignare licet tametſi quæ in ſingulis ſunt ad ſingula capita referātur. Omnia enim quæ ſunt in ſubſtantia ad ſubſtantiam, & quæ in quantitate ad quantitatem pertinent, atque in cæteris ſimili modo omnes tamen decem ordines prædicamentorum non habent, aliquod vnum cōmune principium. Nam ſi quod eſſet maximè ens, ens autem non eſt genus, Nam ex topicis omne genus vniuoce, hoc eſt ſecundum eandem rationem atque idem nomen prædicatur, ens verò prædicatur æquiuocè, quia ſi quis omnia entia vocet equiuoce nuncupabit non vniuoce, quare ens non eſt genus, atque ex conſequenti longè aliter euenit in familijs quàm in prædicamentis.

Diſcrimē familiarū & prædicamentorum.

Omniū decē prædicamētorū nō eſt aliquod vnū principiū

Quæſtio. Vtrum ſit aliquod vnum genus decē prædicamentorū.

Sed quoniam hoc loco ea quæſtio adduci ſolet, vtrum aliquod commune genus reperiatur omnium eorum quæ ſunt, an potius, vt Porphyrius innuit, nullum tale ſit communi voto ſatiſfaciens,

ciens, commemoratam controuerſiam diluam, neque tantum diſputabo vtrum ens eorum quæ ſunt, genus ſit, ſed etiam vtrum aliqua ratione totum eſſe poſſit, & ſubſtantia atque accidēs eius partes, an potius æquiuocè dicatur, vt Porphyrius ait. Quam quidem quæſtionem neſcio quo pacto, perplexam ancipitemque fecit, dialecticorum nimia diligentia. Breui ergo nitar quæ ſit Ariſtotelis & Porphyrij ſentētia in hac quæſtione admonere. principio igitur pro certo habendum eſt, ens non eſſe genus omnium quæ ſunt, nec præterea quæ ſunt formarum ſubire rationem ſi cum ente conferatur Primū quia vt Ariſtoteles auctor eſt quarto libro topicorum, & refertur à Porphyrio in communibus ac differentijs quinque vocū, omne genus vniuocè prædicatur de his quorum eſt genus, Nam generis nomen & diffinitio eodem modo, eademque ratione in omnibus formis quæ ſunt ſub genere cōpræhenſæ, ineſt. Animal enim vt eſt in homine ſic in eſt brutis animantibus, cum eius nomen et ratio, ſubſtantia animata ſenſitiua ex æquo cōueniat vtriſque, ſed ens non prædicatur ſecundum eandem rationem de ſubſtantia & accidenti nec in eiſdem reperitur æqualiter, cum ſubſtātia verè ſit, accidentia verò non ſimpliciter vt Ariſtoteles inquit, ſed in ſubſtanti exiſtunt ergo ens non eſt genus ſubſtantiæ atque accidentis. Præterea Ariſtotele auctore quarto topicorū genus non eſt prius in vna ſpecie quam in alia, Immo verò topicorū ſexto, & in poſt prædicamentis ſimul eſſe dicuntur natura quæ ab eodem genere ex aduerſo diuiduntur ſpecies, ſed ſi ens eſſet genus, prius reperiretur in ſubſtantia quam in accidenti, & abolita vna ſpecie auferuntur neceſſario reliquæ. ablata enim ſubſtantia, neceſſario nouem alia genera accidentium auferuntur, immo potius ablata prima ſubſtantia impoſsibile eſt aliquid aliorum remanere. cum omnia alia à prima ſubſtantia aut ſint in prima ſubſtantia, aut de eadem prædicētur vt Ariſtoteles refert in capite de ſubſtantia. ſequitur ergo ens diſtribui non poſſe in ſubſtantiam atque accidens tanquam in ſpecies. Tertio, quia auctore Ariſtotele primo cap. quarti topicorū impoſsibile eſt genus ſpeciem participare, id eſt, ſuſcipere rationem ſpeciei,

Ens nō poteſt eſſe genus.

Secunda ratio. Genus vniuocè dicitur de his quorū eſt genus.

Secunda ratio. Genus nō eſt prius. in vna ſpecie q̃ in altera.

Tertia ratio.

Genus nõ partici- pat ſpeci em.

ciei, hoc eſt enim genus participare ſpeciem, vt ibidem ſcriptũ eſt. vt enim exẽplis rem doceam, licet homo finitionem animalis participet, eſt enim ſubſtãtia animata ſenſitiua, animal, quod genus eſt hominis rationem minime ſuſcipit. quia animal rationale mortale de animali non dicitur, ſed neceſſe eſt ens omnia participare, cum cõplectatur omnia, nullo ergo pacto ens ad ſubſtantiã & accidentia collatũ genus erit. quarto. Si ens genus eſſet ſaltim differentijs diuideretur vt teſtatur Ariſtot. III. cap. III. libri de prima philoſophia, ſed ens non poteſt vllam habere differẽtiam, vt quarto lib. topicorum dicitur, genus enim de differentia cum ſimplex ſit minimè prædicari poteſt. ſi verò ens genus eſſe fateamur de differentijs prædicabitur cũ nihil ſit quod nõ cõplectatur ens. quã ſententiam apertiſſime nobis exprimit Ariſtot. loco citito dicens, non eſt autẽ poſſibile, neque ipſum vnum, entium eſſe genus, neque ipſum ens, neceſſe etenim eſt vniuſcuiuſque generis differentias, & eſſe, & vnamquamque vnã eſſe. Impoſſibile verò eſt aut ſpecies generis de proprijs differentijs prædicari, aut genus eſſe abſque ſuis ſpeciebus, quare ſi vnum vel ens genus eſt nulla differentia, vel vnum vel ens erit. poſtremo, vt inquit. Ariſtot. cap. III. lib. III. & cap. II. lib. VI. topicorum proprium generis eſt vnum ab altero ſeparare, at ens omnia complectitur, non poteſt igitur vnũ ab altero ſeparare quare neque genus erit. His ergo argumentis planè conſtat ſubſtantiã & accidens non eſſe ſpecies entis atque ex conſequenti neque ens genus eſſe: Nec præterea ens eſt totũ, & decẽ rerum capita partes. quia cũ partes duplices ſint, homo geneæ, & æterogeneæ hoc eſt ſimilares, ac diſſimilares, ea quæ ſunt, nec ſuſcipiunt rationem partium ſimilarium, nec diſſimilarium. partes, enim ſimilares auctore Ariſtotele inuicem & cũ toto cuius ſunt partes nomine & ratione cõueniunt. nã ſicut caro, ſic ſingulæ carnis partes appellationem vnam habent, diffinitionem præterea eandem, ſed decem ſuprema genera etiam ſi nomen entis habeant, rationem eandem non habent. nam vti dictũ eſt ſubſtantia prior eſt accidentibus ergo & eius definitio, Nec eius ratio quapiam ratione congruet accidentibus, quæ

Quarta ratio.

Genus differentijs diuidit.

Teſtimonio Ariſtotelis idem perſuadet.

Quinta ratio.

Genus ſeparat.

Ens nõ eſt totum.

Duo partium genera

Libro ſecundo De partibus animal.

Non ſunt partes ſimilares.

bus, quæ in ſubſtantia ſubſiſtunt ergo non poſſunt ſubſtãtia & accidens partes eſſe ſimilares entis. Item etiam quia diuerſa nomina ſorciuntur, nam alterũ ſubſtantia dicitur, alterũ quãtitas, aliud qualitas, atq; ita in cæteris, neq; vlla ratione fieri poteſt vt nomen vnius alteri cõueniat. Rurſus neque ſunt entis partes diſſimilares, id eſt, diuerſæ rationis nã partes diſſimilares ex ſexto lib. topicorũ nec nomẽ nec rationẽ cõmunẽ habẽt cũ toto, nã quia faciei partes naſus, labia, os, maxillæ, cilia, ſupercilia, mentũ, frõs, atque oculi, æterogeneæ partes ſunt, non ſolũ cõmunẽ finitionẽ non habẽt, ſed neque nomẽ. omnia verò decẽ genera, licet finitionẽ diuerſam habeant, entis ſubeunt appellationem. quare non ſunt cenſendæ partes entis æterogeneæ. atque ex conſequenti ens, vt oſtendi non eſt totum. neque præterea ſentiendum eſt, ens analogum eſſe, vt vulgo putari video. maior enim pars dialecticorum huius temporis quoniam ſomniauit dixiſſe Ariſtotelem ens neque dici vniuocè neque æquiuocè ſed medio modo (nuſquam enim id apud Ariſtotelem reperies) cœperunt dicere ens analogum eſſe. verum longiſſimè abſunt à veritate atque ſententia Ariſtotelis, ille enim tantum ait quod eſt ſiue ens ab vno atque ad vnum dici vt ſalubre & medicũ. atqui ab vno atq; ad vnũ dici nõ eſt eſſe analogũ vt hi putãt, ſed eſt quidã modus homonimiæ ex tribus quas Ariſtoteles cõmemorat cap. VI. lib. I. ethi. analogia. n. ſi diſiuncta ſit (nã cõpoſita tribus terminis cõſtat) in quatuor minimum rebus reperitur vt in aſpectu, corpore, mẽte, & animo. at id quod eſt tantũ cõparatur cũ ſubſtãtia atq; accidentibus. nullo ergo pacto poteſt dici analogũ neq; id apud Ariſtotelẽ poſſit quiſpiam reperire. diuiditur autem ens in ſubſtantiam atque accidens, ac in decem ſuprema genera, tanquam æquiuocum in equiuocata vt vulgo dicitur. aut tanquam nomẽ in ſignificata. nam cum neceſſe ſit, aliqua ratione prædictis eſſe commune, nec poſſit eſſe commune vt genus ſuis formis, aut veluti totũ ſuis partibus à ſufficiẽti partiũ cõnumeratione relinquitur, illis eſſe cõmune, vt ambiguum ſuis ſignificatis. Eſt ergo ens æquiuocũ, ſi ad decẽ prædicamenta cõparetur quemadmodum Ariſtoteles decimo capite elenchorum, ac ſexto his verbis teſtatur.

Non ſunt partes diſſimilares.

Ens proprie analogum nõ eſt.

Vnde anſam plæri que cœperint. dicendi ens eſſe analogum.

Refellitur ſententia.

Ab vno & ad vnũ dici.

Analogia diſiuncta.

Ens in ſubſtantiã & accidens diuiditur ſicut æquiuocum in æquiuocata.

Ratio. Ariſtoteles.

Deceptio autem fit in his quidem quæ propter æquiuocationem et orationem ſunt, eo quod non poteſt quis diuidere id quod multipliciter dicitur. Nam quædam (multiplicium inquam) non eſt promptum diuidere vt vnum & ens, & idem. ens ergo multiplex eſt, ſicut vnũ atque idem.

Secunda ratio.

Rurſum, æquiuoca, Ariſtotele auctore in antepradicamentis & quinto capite ſexti topicorum, illius ſunt quorum nomen eſt commune, & ſecundum illud nomen, ſubſtantiæ ratio diuerſa. hoc autẽ ineſt decem prædicamentis, ergo ens ad hæç ipſa comparatum, æquiuocum eſt. Sed cum æquiuoca triplici genere contineautur auctore Ariſto. cap. VI. lib. eth. I. à fortuna analoga, ab vno atque ad vnum, ens ſanè tertio modo æquiuocum dicitur.

Qua ratione æquiuocũ ſit ens. Triplex gradus æquiuocationis.

videlicet ab vno atque ad vnum, ſi quidem vnum ad alterũ refertur, accidens videlicet ad ſubſtãtiam. hoc eſt enim medio modo dici ens. Nam ſi ſimpliciter æquiuocũ eſſet, proculdubio vnius ſcientiæ non poſſet eſſe ſubiectum, cum ſcientia quòd vna ſit, non aliunde habeat quam à ſubiecto, primo poſteriorum. Ens autem ſubiectum eſt in prima philoſophia, quæ ens eiúſque paſſiones atque affectiones conſiderat, non eſt ergo ſimpliciter multiplex aut æquiuocum.

Non eſt ſimpliciter æquiuocũ ens. Ratio.

neque præterea vniuocum eſt vt oſtendi, ergo ad ens non reducentur omnia, & cum nullum aliud ſit præter ens ad quod referantur, rectè à Porphyrio dictum eſſe existimare conuenit, non poſſe fieri vt vnum omnium principium ſit, quemadmodum in genealogijs. ſumptum eſt autem argumentum Porphyrij à maiori, nam ſi illi cui maximè videtur ineſſe non ineſt, neq; inerit illi quod minimè. Ne tamen vllus reſtet ſcrupulus conſiderantibus quæ Porphyrius nobis propoſuit animaduertendum quidem eſt (quod ad exhibitam à Porphyrio ſeriem ſubſtantiæ attinet; primum quod tametſi

Cõplexa qua ratione Porphyrius collocat in ſerie ſubſtantiæ.

Porphyrius in prædicamento ſubſtantiæ collocet complexa corpus videlicet, animatum, & animal rationale, non contemnit Ariſto: præceptum in ante prædicamentis, dicentis in complexa tãtum conſtitui in prædicamentis. Hæc enim complexa reponit Porphyrius vice incomplexorum, vocabulorum penuria. nulla enim vocabula ſimplicia ſuppetunt nobis quibus quæ his compoſitis ſignificantur

cantur liceat explicare. præterea, alio modo accipienda ſunt ſubalterna hoc loco & in anteprædicamentis, cum Ariſtoteles ait ſubalternorũ nihil prohibet eaſdem eſſe differãtias. eo enim loco ſubalterna vocantur ea quorum vnum ſub altero ponitur. & ea ratione ſubſtantia & corpus ſubalterna ſunt, cum ponatur corpus ſub ſubſtantia. hoc verò ſubalterna illa appellantur quæ ſunt ad inuicẽ genera atque ſpecies, vt expoſui.

Subalterna quo ſẽſu accipiantur in præſẽtia.

qua intelligentia, vt conſtat ſubſtantia non poteſt exiſtimari ſubalternum genus ſed ſupremum tantum. ſi quis autem inſtet ſaltim quantitatem & qualitatẽ non eſſe ſumma genera cum habeãt genus ſuperius, accidens videlicet dicitur enim de quantitate & qualitate cæteriſque prædicamentis accidentis.

Obijcit quòd ſit aliquod ſuperius gen⁹ quãtitate. Diluitur

Dicere oportet præceptum Porphyrij eo ſenſu accipiendum eſſe, nullum inquam, eſſe genus ſuperius quantitate, qualitate, & reliquis quod ſit quidem primæ intentionis, nihil autem prohibet eſſe aliquid cõmunius eiſdẽ, quod dicat ſecundam intẽtionem. accidens ergo ſi qua ratione genus eſt, eſt ſanè genus vt dicit ſecundam intentionem. quantitas & qualitas ſunt ſuprema genera qua ratione dicũt primã, et hoc nõ repugnat ſentẽtiæ Porphyrij.

Intentio. Prima. Secunda intentio.

Intentio autem (vt id obiter dicam) idem ſanè eſt quod propoſitum hominum ad rem aliquam. Ea eſt duplex, vna prima altera ſecunda, prima intẽtio eſt, primũ propoſitũ, ſecũda intentio ſecundũ propoſitum. & quoniã primũ propoſitum hominũ in vocũ poſitione fuit, nobis ſignificare res, fit vt prima intentione accipiantur vocabula cum illis vtimur ad res ſignificandas, Poſtea verò cum animaduerterent ineſſe vocibus ipſis propria quædam aliquarum diſciplinarum, vt prædicari, ſubici, & ſimilia ſecundum propoſitum eorundem fuit ea ipſa propria vocum explicare alijs vocibus. Quare cum hoc nomen quantitas, exempli gratia, viderent de pluribus differentibus ſpecie prædicari genus appellauerunt excogitauerúntq; vocẽ quandã qua propria illa vocũ ſignificarent cuius modi eſt, genus, ſpecies, differentia, proprium & accidens. quæ appellantur nomina ſecundæ intentionis aut impoſitionis. reperiuntur autem nomina ſecundæ intentionis non in dialectica tantum ſed etiam in

 gramma-

grammatica & rhetorica, quoniam iſtæ diſciplinæ in expoſitione vocum occupantur ex omnibus autem illis quæ Porphyrius ſuperius dixerat colligit veluti corollarium.

Nomina ſecundi intentionis in multis diſciplinis inſūt.

Corollarium.

Decem ſunt genera ſuprema.

Quod cum decem ſint ordines prædicamentorum, quorum ſinguli propria habent atque peculiaria capita ad quæ referantur omnia quæ illo ordine continentur decē erunt ſuprema genera, ſubſtātia, quantitas, qualitas, ad aliquid, vbi, quando, agere, pati, ſitum eſſe, atque habere. Specialiſſima verò ſunt finita, indiuidua verò infinita. non quidem magnitudine aut numero, quia infinitum natura reſpuit octauo phyſicorum, & primo de cœlo. neque prætered id dictum putare cōuenit per cōparationē vt, inquam dicantur infinita indiuidua formarum cōparatione, quod multo plura ſint quā ſpecies. quas ob eam rem Porphyrius dicat eſſe finitas. ſed vocantur infinita, ideſt indeterminata atque incerta quia non constāt perpetuo vno eodemque numero, ſed cū generentur & intereant ex quatuor elementis corporū cōpoſita, inter quæ natura implacabilis pugna exiſtit dicūtur eſſe infinita. Species aūt infimæ atque intermediæ ſimul omnes finitæ appellantur, ideſt certæ ac determinatæ, quia cōprehenduntur atque exiſtūt ſemper ſub eodem numero. Sunt enim ſpecies ſecundo lib. de gener. perpetuæ nullóque tempore intermoriture. ſint licet illæ anguſtis hominum animis ignotæ atque incertæ. quis enim vnquam tanta diligentia fuiſſe dicitur qui omnes rerum naturalium formas numero complexus ſit. Plinius ſcribit diligentiſſimus naturæ hiſtoricus centum quinquaginta ſpecies piſcium diuerſas ſolum compertas eſſe, noſtra verò ætas longè his plures vidit. quid præterea dicā de cæteris. quod verò neceſſe ſit confiteri ſpecies & indiuidua re vera atque omnino eſſe finita facilè monſtrabo. prius tamē ſuſcipiēda ſunt nobis duo, quæ nullā habēt apud philoſophos dubitationē. primū eſt, infinitū tā magnitudine quā multitudine eſſe illud, quo maius dari nō poteſt. hic eſt.n. intellectus huius vocabuli infinitū, alterū eſt nō poſſe reperiri maius infinito. quod Ariſtoteles teſtatur primo de cœlo et. VIII. phyſicorū. His duobus iactis fundamētis philoſophorū omniū conſenſu res

Species Infimæ.

Indiuidua.

Quomodo indiuidua infinita dicātur.

Species.

Ignoratur numerus formarum.

Plinius.

Quod re vera ſpecies & indiuidua ſint infinita.

Infinitū.

ſenſu res ita probatur, & primū. quòd ſpecies non poſſint eſſe infinitæ. nā, ſi ſpecies infinitæ eſſent, cōcederemus maius infinito, quod planè pugnat cū ſecunda hypoteſi, nā ſi infinitas eſſe ſpecies fateamur, cū vniuſcuiuſq; ſpeciei plura ſint indiuidua. numerus formarū atq; indiuiduorū proculdubio multò maior erit eò, qui ex formis tātū fit, ſed poſitū eſt hūc eſſe infinitum ergo alter erit infinito maior. Amplius cū numerus indiuiduorū ſit maior numero formarū nuunquā formarū numerus erit infinitus, quoniā numerus minor ea parte qua exceditur à maiori, finitur. ſed quod finē habet finitū eſt, numerus ergo formarū finitus erit. ſimilè argumentū de indiuiduis fieri poteſt, nā ſi indiuidua infinita eſſent aut tantū indiuidua ſingularū formarū, aut omniū, nō ſingularū quidē, quia cū aceruus indiuiduorū quæ multis formis cōprehēduntur, plura contineat, quā qui fit ex indiuiduis vnius ſpeciei, neceſſario, maius erit infinito. quod abſurdum eſſe manifeſtū eſt. neq; numerus ex omnibus indiuiduis cōſtitutus. nā Ariſtotele auctore primo libro de poſteriori reſolutione, & phyſicorū ſeptimo finitū finities ſumptū nō facit infinitū. ſpecies aūt vt probatū eſt, finitæ ſunt indiuidua quoq; ſingularū formarū ergo indiuidua ſub omnibus formis comprehenſa ſunt quoque finita. ſed appellātur infinita, quòd incerta ſint neque eodē ſemper numero cōprehenſa. atq; ob eā ſanè cauſam cōplecti ſciētia nō poſſint. vnde Plato in libro de ſummo bono deſcendentes à generaliſſimo ad ſpecialiſſimum iuuebat in ſpecialiſſimo quieſcere, neque permittebat, ad indiuidua tranſire. Nam cum de his vocibus ſuſcepta diſputatio ſit vt ex eiſdem prædicationes conficiantur, quibus ſciētiam rerū parare poſſimus. Indiuiduorū verò non poſſit haberi ſcientia, non ſolū quòd ortui, atque interitui ſint obnoxia, cum ſciētia ſit eorū quæ vno atq; eodē modo ſemper ſe habent, vltimo cap. poſteri. ſed etiā quia cū ſint infinita comprehendi ſcientia non poſſunt, vt dicitur in rhetorica ad Theodectē: neq; præceptis cōtineri poſſint. II. lib. ethicorū ab arte reijciēda ſunt. Oportet verò deſcēdere à generibus ſupremis ad ſpecies infimas per intermedia ea ſeiungētes ſpecificis differētijs, ex differentia enim ſuperiori generi adiuncta intermedium quoddam genus procreatur,

Ratio.

Indiuidua re vera finita.

Cur indiuidua dicantur infinita.

Platonis præceptū

Cur indiuidua ſint procul ab arte.

Ratio deſcendendi aut diuidendi.

quouſque tandem ad ſpeciem attomam peruentum ſit nam ex cor poreo ſubſtantiæ adiuncto fit corpus. ex animato, corpori, adiuncto corpus animatū. ex ſenſitiuo animato corpori adiecto, animal ex rationali demum addito animali, homo. atque ita ſubſtantia genus ſupremum eſt, Homo ſpecies extrema, corpus, corpus animatum, Animal genera intermedia. corporeum, animatum, ſenſitiuum, rationale, differentiæ, quibus ad ſpecialiſsimum per ſubalterna deſcendimus. ex quibus verbis planè conſtat verum eſſe opinione etiā Porphyrij quod diximus. In explicatione procœmij genus nō diuidi in differentias, ſed in ſpecies per differentias.

Secundū corellarium. *Adijcit præterea alterum corollarium dicens, deſcendentes à generaliſsimo neceſſe eſt, diuidendo per multitudinem ire, aſcendētes verò ad generaliſsima colligere multitudinem in vnum. quodquidem documentum à priori ortum habet, quod Platonem imitatus Porphyrius nobis ſuppeditat, licet ea in re minimè ſanè diſſentiant Peripatetici à Platonis ſectatoribus.* *Ratio p̄cepti.* *cuiuſquidē præcepti ea ratio eſt, quia licet ſpecies multitudine pauciores ſint indiuiduis, cū multa ſingulæ complectantur indiuidua poteſtate plures ſunt eiſdem. ſicut genera facultate excedunt formas, vt refert Ariſtoteles capite de ſubſtantia. Neque id abs re quinimò cum rerum omnium vna ſit atque eadem origo quæ propius ad eam accedunt neceſſe eſt multitudine minui. creſcere autem vi, ac poteſtate cuiuſmodi ſunt ſpecies, & genera. genera tamen potius quàm ſpecies, quæ autem recedunt longius (vt indiuidua) ſecundum numerum creſcere, atque augeri rationi conſentaneum eſt, poteſtate verò imminui. Probat id Porphyrius, quia ſpecies multa colligit in vnam naturam & genus plura quàm ſpecies. participatione enim ſpeciei, plures homines ſunt vnus homo. quia quod cōmune eſt colligit atque adunat. ſpecies verò quæ particulares cenſentur ad genera rellatæ & ſingularia, quæ ſub formis contenta ſunt, contrario quidem modo ſe habent. ſemper enim indiuidua id quod vnum eſt, in multitudinē, ſeu multa diuidunt. Nam particularibus & ſingularibus hominibus, qui vnus erat homo ſuapte natura, puta ſpecies*

plures

plures fit homines, quoniā quod ſingulare eſt, eſt quoq; diuiſiuum.

Vſus iſtarū vocū. *Sed cum Porphyrius de quinque vocibus dicere inſtituerit, quod ad diſſerendi facultatem attinet. poſtquam naturā generis atque ſpeciei explicuit, quo pacto vtriúſque cognitio, ad ſermocinandū et diſſerendum adferat adiumentum paucis ediſſerit. preſtátque nobis documēta quædam quibus vtriúſque vocis rationē modúmque prædicandi edoceamur,* *Primū documentū* *Primum igitur præceptum eſt, Genus ſemper prædicatur de formis, & ſuperiora omnia, de inferioribus. Species verò nec de proximo ſibi genere, neque de ſuperioribus generibus dicitur. quod quidem ſub eadem verborum forma ab Ariſtotele ſumptum eſt, ex quarto libro topicorum.* *Genus de ſpecie dicitur.* *Etenim animal de homine, brutiſque animantibus prædicatur. Corpus etiam de animato & animali, at homo neque de animali dicitur, neque de vllo ſuperiorum generum. cuius quidem documenti eam eſſe rationē teſtatur, ex quarto topicorum quod ſolum contingit prædicari, maiora de minoribus, aut paria de paribus, ſed genus ſpecie ſuperius eſt* *Ratione probatur* *ſpecies autem neque genere eſt ſuperior, nec cum genere conuertitur, ergo genus de ſpecie prædicabitur neceſſario, ſpecies verò non prædicatur de genere aut de vllo ſuperiorum. Talis enim prædicatio, cum ſit contra naturā, ad diſputationem nihil emolumenti adferet, at proprium vt hinnibile, aut ſuſceptiuum diſciplinæ iure optimo de ſpecie dicitur, cuius proprium eſt. quia præter hoc quod cū ſpecie conuertitur, habet ad eandem naturalem quandam habitudinem, quia vt accidentia natura exiſtunt, in ſubſtantia ita de eiſdem prædicari conſentaneum eſt rationi. Animaduertēdum tamē eſt hoc loco Porphyrium tantum agere de prædicatione earum vocum quarū meminerat Paulo ſuperius inter quas illa eſt habitudo vt ſit vna amplior altera aut conuertatur cum altera & in hijs dicit hoc eſſe conſentaneum. non negat tamen apte & verè prædicari etiam poſſe interdum de alijs quæ neque ſuperiora illis ſint neque paria. apte namque dicimus hominem eſſe iuſtum aut ſapientē iuſtus autem & ſapiens neque ſuperiora homine ſunt, neque illi paria. Habēt tamē naturalē quandā habitudinē ad ſubſtantiam de* *De quib⁹ vocibus diſſerat.*

 quapræ-

dicantur. Secundum documentum ſumptum quoque ab Ariſtotele quarto topic. ſic habet. de quibuſcúnque ſpecies dicitur, de eiſdē & ſpeciei genus neceſſario prædicabitur, & illius generis genus donec ad ſupremum peruētum ſit.

Secundū documentum.

Nā ſi Socrates eſt homo, & homo eſt animal, animal animatū, animatum corpus, corpus ſubſtantia neceſſario Socrates erit homo, animal, animatum, corpus & ſubſtantia. idque virtute eius regulæ antepredicamentalis, quando alterum de altero dicitur vt de ſubiecto, quæcúmque de prædicato dicuntur, neceſſe eſt de ſubiecto dici. Nam cum ſuperiora de inferioribus nomine & ratione prædicentur, meritò de his vt de ſubiecto prædicabuntur.

Corollarium.

ex quibus omnibus ex ſententia ſimiliter Ariſtotelis quarto topicorum infert Porphyrius quod genus generaliſſimum dicitur de formis & de earundem formarum indiuiduis, atque etiam de generibus intermedijs. Genus autem intermedium de inferioribus formis atque indiuiduis, poſtremo. infima ſpecies de indiuiduis dum taxat. Indiuiduum autem de vno tantum dicitur.

Tertium documentum.

Quæ quidem omnia ex ſuperioribus manifeſta ſunt. His verò documentis placet tertium adijcere eius per ſimilè, quod in capite de genere tradidimus.

Species quid ſit.

ſpeciem inquam eſſe eam quæ vnicam tantum naturam, pluribus indiuiduis eadem prorſus ratione communem ſignificat. quod vt cætera omnia, ex quarto libro topycorum deſumptum eſt. homo enim cum ſit ſpecies humanam naturam ſignificat, pluribus indiuiduis communem, vna atque eadem ratione. nā vt homo eſt animal rationis particeps & mortale, ita quoque quilibet peculiarium hominum, quia homo eſt. atque ob eam cauſam, luna, phœnix, ſol, cæteráque ſimilia nomina quorum ſingula vnicū indiuiduum habent, licet plérique velint ad indiuidua referre, ſunt quidem inter ſpecies referenda quia eorum ſingula naturam ſignificant, ſuapte natura pluribus communem vt quinto capit. primi poſt: inquit Ariſtoteles.

Quæſtio.

Si verò roget quiſpiam quorſum de indiuiduo mentio facta ſit à Porphyrio præſertim cùm Paulo ante dixerit indiuidua à diſciplinis eſſe reijcienda, quòd nihil habeant cum his, quæ ad doctrinam

nam attinet, commune, huic reſponderi poteſt primum ita factum eſſe à Porphyrio vt intelligamus quid illud ſit de quo dicitur ſpecies.

Soluitur.

Nam vt capite quinto tertij Polyticorum dicitur qui in doctrina aliqua phyloſophatur, nec ad actionem dum taxat ſpectat, huius officium eſt non negligenter agere, neque quidpiam omittere, ſed quid in ſingulis rebus verum ſit explicare. Deinde quia cum ſpecies vniuerſale quoddam ſit, indiuiduū verò particulare, hæc autem inuicem ſint oppoſita, oppoſita vero ſine oppoſitis omnino cognoſcere ſit impoſſibile vt ſeptimo libro de legibus inquit Plato, & docet Ariſtoteles cap. de hijs quæ ſunt ad aliquid oportuit de vtriſque agere ne propter ignorantiam, vt idem ait, ridiculum aliquid agatur, aut quod non oporteat. Ariſtotele enim auctore Phyſicorum octauo, & ethicorum quinto contrariorum eadem eſt diſciplina. Non pugnat autem Porphyrius ſecum diſſerens de indiuiduo, præterea collocans in prædicamento ſubſtantiæ indiuidua, Socratem inquam & Platonē, quod fecit Paulo ſuperius licet cōtra ſententiā Platonis, quam ipſe probat, cum in ſpecialiſſimo nobis quieſcendum ſit, neque tranſire debeamus ad indiuidua.

Secunda obiectio.

Quia cum dialecticus de quo in præſentia loquimur, duplex ſit vnus qui artis præcepta tradit, quem vulgo præceptiuum nominant, alter qui præceptis vtitur, quem vtentem appellant, quod Porphyrius dixit ex ſententia Platonis ad priorem tantum referendum eſt.

Duplex dialecticus.

Et eſt ſanè perpetuo verùm. nam ille indiuiduorum nullam rationem habet, quia comprehendi ſcientia non poſſunt, ad quam efficiendam artis præcepta pertinent. cum verò indiuidua ponit in prædicamento & de indiuiduo diſſerit vſum reſpicit, qui maximè verſatur in his quæ particularia ſūt, aut indiuidua. Is enim ſæpè numero ſpeciē de indiuiduo prædicat. ſatis ergo ſibi Porphyrius conſtat hoc loco, neque quod quidam falsò arbitrati ſunt vlla ratione ſibi met eſt cōtrarius.

Multis modis vſurpatur indiuiduum.

Animaduertendum tamen eſt hoc vocabulum indiuiduū multos habere intellectus. principio quidē bifariā dicitur, logice, & phyſicè, logicū indiuiduū eſt quod cōſideratur ſecūdū aliquid quod logicæ proprium

prium ſit, illud verò eſt de vno tantū prædicari, vt Porphyrius ait.

Indiuiduū logicum.

quod tu intellige vniuocè hoc eſt nomine & ratione, vt Socrates. hoc enim nomen vnà eádemque ratione, de ſolo Socrate prædicatur, & conſideratur ſecundum rationem prædicandi. Quamquā ſi rem rectè inſpiciamus, indiuiduū quidem non omnino prædicari exiſtimandum eſt, cum à prima ſubſtantia, vt in prædicamentis teſtatur Ariſtoteles, nulla ſit prædicatio. prædicari verò dicitur ſolum

Non omnino prædicatur indiuiduum.

De ſubſtantia.

quòd vox ſit, nam peculiare atque proprium vocis eſt de alio prædicari. & quidem hac tantum ratione vſurpatum indiuiduum verū eſt quod de eo Porphyrius ait diuidi non poſſe. nihil enim inferius habet, de quo prædicetur, & in quod diuidi poßit. cætera verò indiuiduorū genera diuidi quidē poſſunt aliqua ratione, vt planè cōſtare poßit rem conſideranti. Indiuiduo opponitur vniuerſalè. quod de pluribus prædicari natum eſt, vt homo, qui de ſingulis hominibus nomen finitionémque prædicat. qua parte ab indiuiduo differt plurimum, quod licet de pluribus dicatur, vt Petrus & Paulus non eadem ratione omnibus conuenit. ſeorſum, de ſingulis quoque neceſſe eſt prædicari quod vniuerſalè dici debet, non enim ſatis eſt de pluribus vnum facientibus prædicari quod debet appellationem

Indiuiduum diuidi non poteſt.

Libro p Hermenias.

Vniuerſalè.

vniuerſalis ſuſcipere. alioqui cum Socrates materia, formáque conſtet, quæ vnam rem faciunt vniuerſalè diceretur, quod eſt prorſus abſurdum. huiuſmodi prætereà indiuiduum logicū quadruplex eſt. Vnum determinatum, quod rem quampiam certam definitamque ſignificat, vt Socrates. Plato. Alterum vagum eſtque illud cōmunis vox quæ pro vnica re vſurpatur, vt quidam homo, quidam equus cuius vſus frequens eſt, vbi de re incerta loquimur. Appellatur autem indiuiduū quia pro vna re ſummitur. Vagum quòd ea res ſit incerta, atque infinita. Tertium eſt ex hypotheſi, hoc eſt ex ſuppoſitione, aut conditione. eſt id nomen quoddam vi ac natura ſua plura ſignificans. Sed tamen ex conditione pro vna re vſurpatur vt Sophroniſci filius quo nomine Socrates, ſignificatur.

Quadruplex indiuiduum.

Determinatum.

Vagum.

Ex hypoteſi.

Eſt quidem Sophronici filius commune nomen ſuapte natura,

natura, quoniam ſi plures contigiſſent eidem liberi, omnes eo nomine cenſerentur. ſed quoniam vnicum Socratem habuit filiū eum tantum hoc nomine ſignificamus. Quartum eſt indiuiduum ex demonſtratione. Eſt autem id conſtitutum ex communi nomine, et pro nomine demonſtratiuo, vt hic homo. quorum omnium vſus longe latéque patet non ſolum in philoſophia, ſed etiam in ſacris litteris. Tria autem priora Porphyrius refert in hoc capite cum inquit. Socrates & hoc albū, & Sophroniſci filius, ſi ſolus ſit Sophroniſco filius Socrates. eorūdem quoque mētionem fecerat in oratione de genere. vago vero indiuiduo frequentiſsimè vtitur Ariſtoteles in ſermone de ſubſtantia, cum ait prima ſubſtantia eſt, vt quidam homo, quidam equus, prima autem ſubſtantia indiuidua ſubſtantia eſt. Et hactenus de indiuiduo quod logicum vocāt, dixiſſe ſit ſatis.

Ex demōſtratione

Quorum meminerit Porphyrius.

Ariſtoteles.

Præter hoc eſt quoddam aliud, quod ad phiſicam diſciplinam, aiunt pertinere, atque hac potiſsimum cauſa phyſicum appellāt, & indiuiduo logico ſignificatur. Hoc vero Porphyrius inquit ſic appellatum fuiſſe, quoniam ex proprietatibus quibuſdam conſiſtit, quarum collectio nunquam in alio erit eadem. id genus ſunt, Socrates & Plato. Socratis enim proprietates (& ita de cæteris exiſtimandum eſt) fieri non poteſt, vt in vllo alio eædem reperiantur omnes, cum autem proprietatum duo ſint genera, quædā vniuerſales, aut communes, aliæ priuatæ & ſingulares, quæ ſunt communes ita inſunt generi aut ſpeciei vt conueniant etiam indiuiduis quæ ſub ſpecie ipſa aut genere ſunt collocata vt ſuſceptiuum diſciplinæ, aptum ad ridendum. nā non minus aptus ad ridendum Socrates perhibetur, aut Plato quàm homo. cuius rei illud in cauſa eſt, quod cū ſpecies nihil ſit præter indiuidua, quæ ſunt propria ſpeciei, ſingulis quoque ſub ſpecie contentis conueniunt, tametſi illis non conueniāt vt propria particula. res verò proprietates ita in ſingulis rebus inſunt, vt vnà omnes ab ea re cui ſemel inhæſerunt, diuelli nullo tempore poßint, atq; ineſſe alijs. & vt exēplo rem doceam (eſt enim eo non nunquam vtendum ſiquidem multæ ſunt res quas ſi verbis explicare conemur, nullis exemplis adhibitis fruſtra omnis ſuſcipiatur labor)

Phyſicū indiuiduum.

Duo genera affectionum.

Communiū affectionū natura.

Vſus exēplorum.

bor) eſſe Athenienſem phyloſophum, caluũ, obeſum, ſimum, ven-
troſum deformem Sophroniſci lapidicidæ & phenaretæ obſtreti-
cis filium, coniugem Xantipes, muliebrium rixarum pacientiſſimũ
Platonis magiſtrum, & Alcibiadis ſummum amatorẽ Appollinis
oraculo ſapiẽtiſſimũ Iudicatũ, qui ab à nito accuſatus, vitã veneno
finiuit, quod falſam eſſe publice diceret, de deorum multitudine o-
pinionem, ita Socrati inſunt vt in nullo alio eadem omnia inuenire
poſſis. ſunt autem ſingulorum hominum propria (vt cætera taceã)
quæ hoc rudi carmine ſignificantur, forma, figura locus, ſtirps no-
men patria tempus. quibus ſi animum intendas facilè intelliges, in-
uicem ſeparari atque diſtingui indiuidua. Si quis me roget (quod in
præſenti loco plæroſque expoſitorum Porphyrij vocare in contro-
uerſiam video (quod ſit principium indiuidui ideſt id cuius gratia,
res ſingulæ, indiuiduæ ſint, ſibi eædem, diſtinctæque à cæteris om-
nibus atq; diſcretæ, huic Porphyrij verbis abũde ſatiſfiet collectio
nẽ propriorũ tale eſſe principiũ exiſtimãtis. nã ſi hãc ipſam animi
cogitatione ſepares nunquam amplius indiuidua res erit, ſed potius
communis, quã exiſtimare conuenit (niſi me animus fallit) hac in
parte eſſe ſententiam diui Thomæ, viri quidem diligentia nulli ſe-
cundi, & quo fortaſſe præſtãtiores litteris paucos haberet eccleſia
ſi linguarũ peritia Hieronimo par fuiſſet. nam materia quãtitate,
quibuſdamque alijs accidentibus, deſcripta ac ſigillata, quam ille
ſtatuit principium indiuiduationis (ſic enim ille loquitur) quid eſt
aliud quàm collectio hæc propriarum qualitatum, atque accidenta
riarum affectionum. neque ab hac opinione abhorret, doctor ſubti
lis Scotus, ſit licet huic, principium indiuidui neſcio quæ hæceitas,
vt Platoneitas, & Socrateitas, quæ aut nihil eſt, aut collectione
proprietatum conſtat, quæ Socratem & Platonem conſtituunt.

Socratis deſcrip= tio.

Propria ſingulorũ

Principium indiuidui.

Thomæ opinio.

Scotus.

Poſt hæc Porphyrius ex dictis colligit veluti corrollariũ vt geo-
metræ loquũtur, quoniã cũ reliqua demõſtratione colluceſcit, indi
uiduũ quidẽ cõtineri ſub ſpecie, atque ſpeciẽ ſub genere. quoniã par
tis propriũ eſt, ſub toto collocori & cõtineri, ſed indiuiduũ pars ſpe
ciei eſt

ciei eſt & ſpecies generis, licet ſpecies totũ & pars cenſeatur, pars
quidem alterius, puta generis, at totum non alterius, ſed in alijs. nã
in partibus eſt totũ. Sunt. n. hæc ex eorũ relatorũ genere quæ Ari-
ſtoteles in oratione de his quæ ſunt ad aliquid inquit non referri ad
eundẽ caſum. pars enim, alterius pars dicitur, nẽpe totius, totum nõ
alterius, ſed in alijs. Species ergo cũ ſit pars generis alterius eſſe di-
citur, ſi ad genus referatur, quando ergo ad indiuidua confertur, cũ
ſit totũ non aliorum eſſe dicitur, ſed in alijs. Poſtremo tãdem quæ
de genere atque Specie dicta ſunt perorat, inquiens, de genere igi-
tur & ſpecie, quid generaliſſimũ, & quid ſpecialiſſimum & quæ
genera eadem & Species ſint, quæ etiam indiuidua, & quomodo
ſpecies & genera dicantur, ſufficienter dictum eſt. quæ verba mi-
hi ſuſpicionem mouent vtriúſque vocis explanatæ iam, continen-
tem, atque perpetuum eſſe ſermonẽ. Illud eſt etiam obiter adno-
tandum, quo loco, Porphyrius ait, diuiſiuum enim ſemper eſt ſin-
gulare, ſingulare appellari à Porphyrio minus commune, nã quod
minus commune eſt diuidit quod eſt communius.

Poſſet quiſpiam hoc loco dubitare, cum à Porphyrio Species &
genus deſcribuntur: quid illud ſit quod deſcribitur, nam non ſatis
videtur oſtendi poſſe, quod hac ratione probatur. Aut enim deſcri
bitur intentio generis, aut fundamentum, aut vtrúmque atqui ni-
hil horum deſcribi poteſt. primum quidem non deſcribitur intentio
generis deſcriptione generis. nam illa intentio non eſt genus ſed
potius Species vniuerſalis. quinque enim ſunt, Species vniuerſalis.
neque eſt fundamentum intentionis. ſiquidem illud non prædica-
tur de pluribus differentibus Specie, vt conſtat. neque poſtremo v-
trúmque quia ex vtróque fit vnum per accidens quod non poteſt
deſcribi aliqua deſcriptione. videtur ergo nihil aſſignari poſſe quod
ea deſcriptione explicetur. conſimilis ratio accommodari poteſt re-
liquis quatuor vocibus, quarum Porphyrius hoc loco facit mentio-
nem.

Quæſtio Quod ſit ſingulorũ vocum definitum.

Diluitur Quæſtio.

Hæc quæſtio quæ difficilis vulgo putatur non difficilè
à nobis

Notio. Cicero. Porphy.

à nobis diſſoluetur, exiſtimandum ergo eſt, definitum definitionis generis, atque in cæteris ſimili modo, eſſe conceptum generis. quam Cicero, et reliqui notionem generis vocant vulgo appellant ſecundam intentionem generis, huc enim ſpectans Porphyrius, vt dixi in cap. de genere, ait in deſcriptione, quæ generis notioni conſtituta eſt, nihil redundare aut deeſſe, ipſa enim notio generis atq; cōceptus prædicatur. nam ſecundum conceptum contingit prædicatio, vt alio loco diximus, hæc verò notio generis, tametſi per ſe ſit ſpecies vniuerſalis. illi in quo exiſtit tribuit nomen atque appellationem generis: vt alia appellationem ſpeciei, vel proprij, vel differētiæ, quemadmodum candor ſi per ſe conſideretur ſpecies coloris eſt at verò ſi comparetur ad ſubiectum accidens eius eſt atque album denominat, non ſpeciem, iſto ergo pacto paucis diſſoluitur quæſtio propoſita.

Vſus ſpeciei quinam ſint. Primus. Secund⁹

Non eſt tamen ſilentio prætereundū cognitionem ſpeciei, vti & generis, nimium eſſe proficuam, potiſſimum tamen conducere ad tollendā generis ambiguitatem. ſpecies enim virtutis, vt ar modo hoc exemplo, auferunt confuſſam perplexitatem quæ in genere latet, natura verò formarum perſpecta facilè cognoſcitur natura generis, & hæc ſanè peculiaris quædam natura ſpeciei eſt. Præter eas omnes vtilitates, quas recenſuimus commentarijs in Proœmium Porphyrij.

¶ *Argumentum capitis de differentia.*

IN præſenti capite propoſitum Porphyrij eſt exponere quid ſit differentia, atque eandem à cæteris vocibus diſtinguere, ab inſtituto tamen minimè abhorrens, vt planius id faciat, multos differentiæ intellectus recenſet, vt cæteris exploſis qui pertinet ad dialecticos amplectatur, definitiones verò quattuor nobis tradit & propriam differentiæ deſcriptionem diuiſione colligit Porphyrius, quinque enim modis differentiam diſtribuit.

¶ *Caput tertium de differentia.*

Differentia

DIfferentia verò communiter, & propriè, & magis propriè dicitur. Cōmuniter quidem differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate quadam differt quocunque modo, vel à ſeipſo, vel ab alio. Differt enim Socrates à platone alteritate quadam: & ipſe à ſeipſo puero iam vir factus, & à ſe faciente aliquid cùm quieſcit: & ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus ſpectatur. Propriè autem differre alterum ab altero dicitur, quando inſeparabili accidente alterum ab altero differt. Inſeparabile verò accidens eſt, vt naſi curuitas, cæſitas oculorum, cicatrix cùm ex vulnere occalluerit. Magis propriè autem differre alterum ab altero dicitur, quando ſpecifica differentia differt: quemadmodùm homo, ab equo ſpecifica differentia differt, rationali qualitate. Vniuerſaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet adueniens: ſed eæ, quæ cōmuniter, & propriè ſunt, alteratum faciunt: illæ verò quæ magis propriè ſunt, aliud. Differentiarū enim aliæ quidem alteratum faciunt, aliæ verò aliud. Illæ quidem, quæ aliud faciunt, Specificæ vocantur: illæ verò quæ alteratum, ſimpliciter Differentiæ. Animali enim differentia aduenīes rationalis, aliud facit, & ſpeciem animalis facit:

 illa

illa verò quæ eſt mouendi, alteratum ſolùm à quieſcente facit: quare hæc quidẽ aliud, illa verò alteratum ſolum facit. Secũdùm igitur aliud facientes differentias, diuiſiones fiunt à generibus in ſpecies, & definitiones aſſignantur: quæ ſunt ex genere, & huiuſmodi differentijs. Secundum autem eas, quæ ſolùm alteratum faciunt, alterationes ſolùm conſiſtunt, & aliquo modo habentis ſe permutationes. A ſuperioribus ergo rurſus inchoanti dicendum, Differentiarum quidem alias eſſe ſeparabiles: alias verò inſeparabiles. Moueri enim, & quieſcere, & ęgrũ eſſe, & ſanum eſſe, & quæcumque his proxima ſunt, ſeparabilia ſunt: at verò aquilum eſſe, vel ſimum, vel rationale, vel irrationale, inſeparabilia ſunt. Inſeparabilium autem aliæ quidem ſunt per ſe, aliæ verò per accidens. Nam rationale per ſe ineſt homini, & mortale, & diſciplinæ eſſe perceptibile: at verò aquilum eſſe, vel ſimum, per accidens, & non per ſe. Illæ igitur, quæ per ſe ſunt, in ratione ſubſtantiæ accipiuntur, & faciunt aliud: illæ verò quæ ſecundum accidens, nec in ſubſtantiæ ratione accipiuntur, nec faciunt aliud, ſed alteratum. Et illæ quidem, quæ per ſe ſunt, non ſuſcipiunt magis,

& minus:

& minus: illæ verò quæ per accidens (etſi inſeparabiles ſint) intenſionem accipiunt, & remiſſionem. Nam neque genus aut magis, aut minus prædicatur de eo, cuius fuerit genus: neque generis differentiæ, ſecundum quas diuiditur. Ipſæ enim ſunt, quæ vniuſcuiuſque rationem cõplẽt: eſſe autem vnicuique vnum, & idem, neque intenſionẽ, neque remiſſionẽ ſuſcipiens eſt: aquilum autem eſſe, vel ſimum, vel coloratũ, aliquo modo & intenditur, & remittitur. Cùm igitur tres ſpecies differentię conſiderentur, & cùm hę quidem ſint ſeparabiles, illæ verò inſeparabiles: & rurſus, inſeparabilium cùm hæ quidem ſint per ſe, illę verò per accidens: rurſus earum quæ per ſe ſunt differentiarum, alię quidem ſunt ſecundùm quas diuidimus genera in ſpecies, aliæ verò ſecundum quas ea, quę diuiſa ſunt, ſpecificantur: vt cùm per ſe differẽtię omnes huiuſmodi animalis ſint, animati, & ſenſibilis: rationalis & irrationalis: mortalis, & immortalis: ea quidem, quæ eſt animati & ſenſibilis, differẽtia cõſtitutiua eſt ſubſtantiæ animalis: (eſt enim Animal, ſubſtantia animata ſenſibilis) ea verò, quæ eſt mortalis & immortalis differentia, & quæ rationalis & irrationalis, diuiſiuæ ſunt animalis

diffe-

differentiæ:per eas enim genera in ſpecies diuidimus. Sed eæ quidem, quæ diuiſiuæ ſunt differentiæ generum, completiuæ ſunt, & conſtitutiuæ ſpecierum. Diuiditur enim animal rationali, & irrationali, & rurſus mortali, & immortali differentia: ſed rationalis, & mortalis differentię conſtitutiuæ ſunt hominis: rationalis verò, & immortalis, Dei. Illæ verò quę ſunt irrationalis, & mortalis, irrationalium ſunt animalium. Sit etiam & ſupremæ ſubſtantiæ cùm diuiſiuæ ſint animati, & inanimati differentiæ: ſenſibilis, & inſenſibilis: animata, & ſenſibilis congregatę ad ſubſtantiam, animal perfecerunt: animata verò & inſenſibilis perfecerunt plantam. Quoniã ergo eædem aliquo modo quidem acceptæ fiunt conſtitutiuæ, aliquo modo autẽ diuiſiuę, ſpecificæ omnes vocantur: & his maximè opùs eſt ad diuiſiones generũ, & definitiones ſpecierũ: ſed non ijs, quę ſecundũ accidẽs inſeparabiles ſunt, nec magis ijs quæ ſunt ſeparabiles, quas etiã determinantes dicunt. Differentia eſt, qua abundat ſpecies à genere. Homo enim animali plus habet, rationale, & mortale: animal enim ipſum nihil horum eſt. Vndénam igitur habebunt ſpecies differentias? Nec enim omnes oppoſitas habet,

bet,

bet, quoniam in eodem ſimul haberet oppoſita ſed quemadmodum probãt, poteſtate quidem habet omnes ſub ſe differentias, actu verò nullã: ac ſic, neque ex ijs, quæ non ſunt, aliquid fit: neque oppoſita in eodem erunt. Definiunt autem eam & hoc modo: Differentia eſt quæ de pluribus, & differentibus ſpecie in eo quod quale quid eſt, prædicatur. Rationale enim, & mortale de homine prædicantur in eo, quod quale eſt homo, dicitur: ſed nõ in eo, quod quid eſt. Quid enim eſt homo, nobis interrogatis, conueniens eſt dicere, animal: quale autem animal inquiſiti, rationale, & mortale conuenienter aſſignabimus. Rebus enim ex materia, & forma conſtantibus, vel ad ſimilitudinem proportionemq́ue materiæ, & formæ, cõſtitutionem habentibus: quemadmodum ſtatua ex materia quidem eſt ære, ex forma autem figura: ſic & homo communis, & ſpecialis, ex materia quidem proportionabiliter conſiſtit genere: ex forma autem, differentia. Totũ autem hoc, animal rationale mortale, homo eſt: quemadmodum illic ſtatua. Deſcribunt autem huiuſmodi differentiam & hoc modo: Differentia eſt, quod eſt aptum natum diuidere ea, quæ ſub eodem genere ſunt. Rationa

 le enim,

le enim,& irrationale,hominẽ,& equum, quæ ſub eodem genere ſunt,(animali videlicet) diuidunt. Aſſignant autem & hoc modo: Differẽtia eſt,qua differũt à ſe ſingula. Namque homo, & equus ſecundum genus non differunt: ſumus enim animalia nos & irrationalia: ſed additum, rationale, diſiunxit nos ab illis: Rationales quoque ſumus & nos,& dij: ſed mortale appoſitũ, diuiſit nos ab illis. Interius autem perſcrutantes differentiam, dicunt non quodlibet diuidẽs ea,quæ ſub eodem genere ſunt, eſſe differentiã: ſed quod ad eſſe conducit,& quod eſt pars eius, & quod eſt eſſe rei. Neque enim quod aptũ natum eſt nauigare, eſt hominis differentia, etſi proprium ſit hominis: dicimus enim, animaliũ hęc quidẽ apta eſſe ad nauigandũ,illa verò minimè,diuidẽtes hominẽ ab alijs: ſed aptum natum eſſe ad nauigandũ,non eſt ſubſtantię cõpletiuũ, nec eius pars: ſed aptitudo quędã ſolum: iccircò quia non eſt talis differẽtia, quales ſunt, quę ſpecificę dicuntur, differentię, Erunt ergo ſpecificę differentię, quęcunque alterã faciunt ſpeciem, & quęcunque in eo,quod quid eſt eſſe rei,accipiuntur. *Et* de differẽtijs quidẽ iſta ſufficiant.

ANtequam quidpiam dicamus, quod ad expoſitionem eorum quæ in præſentia à Porphyrio de differentia ſcripta ſunt ſpectet,pro

ctet,pro

Locus differentiæ.

ctet, pro comperto habendum eſt non ſine cauſa proprio atque accidenti differentiam fuiſſe antepoſitam. Habuit Porphyrius rationem in collocandis quinque iſtis vocibus modi prædicandi, nã quæ potiori modo prædicantur potiori prioríque loco poſuit. & quoniã differentia præſtantiori ratione prædicatur quam proprium atque accidens,illam Porphyrius præpoſuit proprio & accidenti. ſignificat enim differentia qualitatem eſſentialem aut ſubſtantialem ſecundum quam prædicatur. Proprium verò & accidens,vt ſuis locis dicemus, ſecundum accidens dicuntur. nam rationale eſſentialem qualitatem de homine prædicat. Præterea animaduertendum eſt magno conſilio Porphyrium exorſum fuiſſe à connumeratione eorum quæ differunt. non autem à diuiſione, aut connumeratione differentiarum,etiã ſi de differẽtia agere inſtituerit. quoniam facilius eſt intelligere,atq; alijs exponere. quot modis aliqua differãt. quàm quot ſint genera differentiarum. Et eſt ſanè inde incipiendum vnde quis facilius diſcat, lib. V. topicorum. magis enim vſu per vulgatum eſt quot modis aliqua differant quàm quot ſint formæ aut ſpecies differentiarum. quibus res inuicem diſtinguntur. docet ergo initio Porphyrius quot modis res diſtinguantur, vt diuerſitatẽ differentiarum pernoſcamus. ſumpto argumento à coniugatis. Nã ſiquid differt. differentia differt. Omnia autem differunt vno è tribus modis, communiter inquam. propriè vel maximè propriè. communiter differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate quadã differt, quocunque modo, vel à ſe ipſo vel ab alio. ſic Socrates differt à Platone, dum hic ſtat ille ſedet. hoc etiam modo Socrates iuuenis differt à ſeipſo ſene, & aliquid faciens à ſeipſo quieſcente. Contingit autem huiuſmodi differentia ſecundum aliquod accidens, quòd à re ipſa ſeparatur, & ſemper (vt Porphyrius admonet) in alteritatibus habendi ſe aliquo modo ſpectatur. quod eſt dicere in illis tantum mutationibus reperitur primo. quæ ſunt ſecundum aliquod cõmune accidẽs: nam rei modus, aut alteratum hoc ipſum eſt. ſi quis obijciat, ſenectus eſt accidens inſeparabile, cum non

Cur incipiat Porphyrius ab enumeratione eorũ quæ differũt.

Quot modis res differant.

A cõiugatis ſumit argumentum.

Trib° modis res differunt.

Cõmuniter differre.

In quibus inſit differentia cõmunis.

 poſſit

poſsit auferri ab eo cui in eſt, ergo Socrates [illegible] [ſenex], non differt cō-

ſolutio

muni differentia à iuuene, nihil dicet, nam ſenectus forma non eſt quæ exiſtat in homine; ſed ſolum priuatio quædam, iuuentutis, quare non rectè ſentit, qui ait non poſſe illam remoueri, à ſubiecto. illud. n. verum eſt in accidenti ſolū quod forma eſt. Propriæ aūt dif-

Differre propriè

ferre alterum ab alterò dicitur, quando accidenti inſeparabili alterum ab alterò differt. ſed cum nondum cognitum eſſet, inſeparabile accidens, eam rem ſubiectis tantum exēplis Porphyrius exponit dicens inſeparabile vero accidens eſt vt naſi curuitas, & cicatrix

Cæſitas oculorum.

cum ex vulnere obcalluit. Et cæſitas oculorū non cecitas, vt vulgo dicitur. atque vt hoc obiter attingam, cæſius color nō eſt dictus acedendo vt quidā dixit, quòd qui cæſijs ſunt oculis apti dicantur ad

Gregorius.

cœdem inferendā, hoc enim repugnat Ariſtotelis ſententiæ in phyſiognomicis, ſed cæſius color vocatus eſt quaſi cælius, autore Mar-

Cæſius color cur dicatur.

co Varrone in ethimologijs. referunt enim id genus oculi colore cœlum. commemorata omnia accidētia ita ſubiectis inſunt, vt ab eis non poſsint dimoueri, atque ideo exiſtimantur inſeparabilia. qua ſignificatione non ſolum alterum ab altero, ſed idem quoque à ſeipſo differt. nam qui caſu quopiam cicatricem habet, à ſe differt, ſine

Quæ differāt propriè.

catrice atque etiam ab altero. magis propriè differre alterum ab altero dicitur, quando ſpecifica differentia differt. Quo pacto homo differt ab equo. homo enim habet differentiā, rationale qua diſtinguitur ab equo. Cum igitur trifariam contingat aliqua differre, vt

Magis propriè differre.

monſtratum eſt, cōmuniter, proprie, & magis proprie & omnia diſtinguantur differentia, triplicem quoque neceſſe eſt eſſe differē-

Triplex eſt differentia.

tiā, cōmunē, Propriā, & magis propriam. quarum ſingulas nō erit ab re, vt mihi quidem videtur vel rudi minerua deſcribere, atq; explicare. Communis ergo differentia dicatur accidēs ſeparabile, quo

Communis.

alterum ab altero, aut idem à ſeipſo differt. Propria inſeparabile

Propria.

accidens quo alterū ab altero, aut idē differt à ſeipſo. denique maxi-

Maximé propria.

mè propria qua vnū ab altero ſecundum ſpeciem differt. huius exēplū eſt rationale, & mortale, proximæ huic cicatrix, quæ ex vulnere ob calluit, & oculorum cæſius color. at primæ albor, calor, & ho-

rum ſimi-

rum ſimilia accidentia. Poſtquam commemorauit Porphyrius triplicem modum differendi, vnde tria differentiarum genera accipiuntur, Ariſtotelis præcepto admonitus, qui capite vltimo primi topicorum præcipit, differentiarum adinuentionem, & comparationem ſimilitudinis in primis perſequi oportere, qui in doctrina

Differentiarū adinuētio.

aliqua Phyloſophatur. quoniam ſi hæc cognoſcantur ad vnguem multas magnaſque adferunt vtilitates, quid inter prædicta genera differentiarū interſit, aut conueniat docet. inquiens, cōuenire quidem omnes has differētias hoc nomine quòd faciant omnes alteratū hoc eſt quocunque modo differre. atque ideo omnes vocantur cō-

Qua ratione hæc conueniant.

muniter differentiæ. hoc argumento à coniugatis conuincitur, hoc pacto omnis differētia facit alteratū, facere alteratū eſt facere dif-

Ratio.

ferre alteritate quadā cōmuniter vel quomodocúnq;, ergo omnis differētia eſt cōmuniter differentia. Differunt verò, quòd cōmunis & propria ſolum rē faciunt diuerſam, maximè verò propria rē fa-

Diſcrimē differentiarum.

cit aliā, nā ſtatio accubitus ſeſsio, quæ ſunt cōmunes differentiæ, et præterea cæſitas oculorū, et cicatrix cum ex vulnere obcalluit quæ ſunt propriè. licet rei adueniant minimè rēaliā faciunt. facere enim aliud eſt cōſtituere diuerſam ſubſtantiam. Rationale verò ſi animali addideris, cōtinuo res ipſa reddetur alia, nam rationale animal aliud eſt quam animal. Eſt enim rationale animal ſpecies homo, animal genus. Tum etiam quia priores, quæ diuerſum facere dicūtur,

Simpliciter differentia.

ſimpliciter differentiæ vocantur, hoc eſt abſolute, & cōmuni quadam appellatione. nā hominū vulgus verarū differentiarū rude aſſignare volens diſcrimē inter res, quæcunque illæ fuerint communibus his vtitur. & crediderim id ipſum in cauſa fuiſſe cur Porphy-

Ratio prima nominum quibus differentiæ ſignificātur.

rius horū nominū autor quod dictio ipſa teſtatur. primā differentiam cōmunem appellarit. niſi forſitan cōmunis differentia appellata eſt. quod nulli rei peculiariter proprieque inſit, ſed citra diſcrimen vllum inhærere pluribus poſsit. Nam ſeparabilia accidētia cum nullius rei ſint propria nihil prohibet multorum eſſe communia. Alteram verò propriam fortaſſe vocat, quod ita rebus quibuſ-

Cur propria vocetur.

dā inſit vt in alijs reperiri nō omnino poſsit. hæc eſt enim inſepara

Cur maximè propria.

*bilium accidẽtium natura atque ingenium vt eorum quibus ſemel
inhærere contigit reddantur veluti propria. Tertiã poſtremo ma-
ximè propriam differentiã vocat, quòd contra quàm cæteræ ad phi
loſophiæ negocium pertineat. nam cum philoſophi munus ſit ea cõ-
tẽplari, quæ ad ſcientiã & diſciplinã cõparandã præſtant adiumen
tum quæ vero ſunt huiuſmodi, diffinitione diuiſione, atq; demõſtra
tione opus habent, ſolum eã differẽtiã quæ ſubſtantiæ eſt particeps,
conſectatur. atque ideo illã maximè propriã nominat, quia ad diffi
nitionẽ, diuiſionẽ & demonſtrationem, quorum ſingula ex vi &
natura rei de qua agitur ſumuntur, non ſimplex emolumẽtum ad
fert. Tertio præterea differunt quòd maximè propriæ differentiæ*

Tertium Diſcrimẽ Quartũ.

*& genus diuidunt, & conſtituunt ſpeciẽ. Communis verò & pro
pria neutrum faciunt. poſtremo tandem differentia communis &
propria diuelli poſſunt ab ea re cui hærent. ſi non re ipſa ſaltim cogi
tatione, cum earum neutra ad ſubſtantiam & definitionem rei in
qua eſt pertineat. Maxime autem propria, ne animi quidem vi at
que intellectus opere ab eo cuius eſt differentia dimouetur. quoniã
ſi auferas rationale nunquam amplius homo erit, ſed vna cum ra-
tionali aufertur Ariſtotele authore .[redacted]. ſexto libro topic.
quoniã eſt altera pars earum quæ ad ſubſtantiam & definitionem
hominis attinent, nã homo animal eſt rationale. Tot itaque modis
differẽtia cõmunis & propria à maxime propria diſtinguntur.*

Quod nã ſit diuiſũ huius diuiſionis.

Differentia cõmuni deſcriptiõe quo pacto debeat explicari.

Repræhenditur vtraq; deſcriptio.

*Huius verò diuiſionis aut potius cõmemorationis caput eſt, vni
uerſa differentia. quã multi diffinire atque explicare conati ſunt,
atque in ea re nõ parum elaborauerunt. quibuſdam enim cõmuni-
ter atque vniuerſe ſumpta differentia eſt varietas & commutatio
rerum quæ partim ab his quibus ineſt auelli poteſt, partim non po-
teſt. dialecticæ louaniẽſi eſt forma cõmunis vel ſingularis poſitiua
aut priuatiua aut negatiua, abſoluta aut reſpectiua, qua aliquid ab
altero vel à ſe ipſo differt. vtraque tamen explicatio intendenti-
bus animũ inconcina eſt, atq; inepta, & ſi cætera abeſſent vel hoc
peccat, quod plus æquo lõga eſt, & præcipitur ab Ariſtotele ſexto
topicorum, nõ modo diffinitionẽ. ſed quodlibet etiam proprij genus*

paucis

*paucis conſtare verbis oportere. fugienda eſt enim omnis verborum
multitudo, quoniam impedimento eſt ne cernatur verum. quod ſi
reprehenditur oratio (et ab Ariſtotele ſexto topicorum & à Cice
rone quarto de finibus) quæ verbis conſtat, non vſitatiſsimis & quã
maxime aptis, multò magis rationi conſentaneum eſt, eam reprehẽ
dere, quæ ex ſuperuacanea verborum multitudine exiſtit. quãobrẽ
aptius atque cõcinius ita diffinietur. differentia eſt qua differunt à
ſe ſingula. quæ triplici tantum genere cõtinetur, aut enim ſeparari
poteſt ab ea re cui ineſt aut nõ poteſt, quæ ſeparari poteſt, cõmunis
appellatur differẽtia, quæ verò nõ poteſt aut rei naturã cõplet tan-
quam pars, et eſt maxime propria vt rationale & mortale, aut
minime cõplet, & eſt propria, vt naſi curuitas, cæſitas oculorum.*

Noſtra ſinitio.

*Hoc tamen loco exiſtit quæſtio qua parte proprium contineatur.
mihi ita videtur referri debere ad propriam differentiam, nõ quòd
accidens ſit. ſed quoniam ſeparari ab eo non poteſt cuius eſt pro-
prium. & non facit aliud vt maxime propria differentia. Vniuer
ſam præterea differentiam diſtribuit Porphyrius, dicens, differen-
tiarum alias eſſe ſeparabiles alias inſeparabiles. vtramque verò ſub
ductis tãtum exẽplis declarat neque enim loci ratio aliud patieba-
tur. atque ita inquit, moueri enim & quieſcere, itẽ ægrum eſſe &
ſanum, & quæcunque his proxima inſeparabilia ſunt, at verò, aqui
lum eſſe, vel ſimum, rationale aut irrationale, inſeparabilia. & qui
dẽ ſub ſecundo mẽbro huius diuiſionis propriã & maxime propriã
differẽtiã Porphyrius cõplexus eſt. ſub primo autẽ communẽ, quod
exẽplis liceat intelligere. putat Amonius proxime à nobis expoſitã
minime eſſe, ſecundã diuiſionẽ differentiarum ſed eam prius tradi-
tã fuiſſe à Porphyrio cũ dixit, differẽtiarũ alias alteratũ facere, a-
lias verò aliud. ego tamẽ in hãc ſuſpicionem adductus dicẽdi phraſi,
crediderim nõ alio loco traditã eſſe à Porphyrio huiuſmodi diuiſio
nẽ. præſertim cũ ita contexat orationẽ vt dicat à ſuperioribus ergo
rurſus inchoãti dicẽdũ, differẽtiarũ quidẽ alias eſſe ſeparabiles, a-
lias inſeparabiles, quibus ſane verbis innuit quandam aliam diffe
rentiarum diuiſionem facere.*

Sumitur ſyllogiſmo numerus differentiarũ.

Cõfertur hæc diuiſio cum ſuperiori.

Vtrũ hæc ſit ſecũda Diuiſio.

Amoni⁹.

Noſtra ſẽtentia.

Tertio quoque diuiditur differentia, non omnis quidem, quem-

Tertia diuiſio.

admodum

admodum ſuperius, ſed tantũ quæ eſt inſeparabilis nam cũ ſeparabilis, & quæ cõmunis vocatur nullũ, aut per quã exiguum fructum phyloſophis adferat, prorſus reijciuntur à Porphyrio. Eſt autẽ diuiſio huiuſmodi differentiarum inſeparabilium, aliæ ſunt per ſe, aliæ per accidens, id eſt, aliæ per ſe rei inſunt, aliæ contra fortuito. profert vtriuſque exemplum dicens, eſt enim rationale differentia per ſe, quia cũ pars ſit diffinitionis Ariſtotelis ſententia. cap. IIII. lib. I. poſt. per ſe ineſt homini primo modo. ſimiliter etiam mortale, et diſciplinæ ſuſceptiuũ. Animaduertẽdũ tamẽ eſt, quod tametſi tres cõmemoratæ differẽtiæ per ſe ſint, nõ omnino eadẽ eſt omniũ earũ ratio, ſed duæ priores inſunt homini per ſe primo modo, cũ ſint eius partes ad definitionẽ pertinẽtes, poſterior verò hoc eſt diſciplinæ ſuſceptiuũ ineſt ſecundo modo per ſe. cũ. n. ſit propriũ quarto mõ quod omni et ſoli & ſemper ineſt. per ſpeciẽ diffinitur, primo libro poſt.

Qua ratione dicãtur quædam differentiæ p ſe.

Succeptiuum diſciplinæ.

Reprehẽduntur quidam.

Neque enim audiendi mihi eſſe videntur qui cum legerint apud Platonem in Menone diſciplinas principio animæ noſtræ eſſe inſitas, quarum anima capit obliuionem corpori coniuncta exiſtimãt diſciplinæ ſuſceptiuum in his differentijs eſſe collocãdum, quæ ad eſſentiã rei, atq; ſubſtãtiã pertinẽt, & quòd hac parte Platonis ſententiã ſecutus Porphyrius, rationali et mortali diſciplinæ ſuſceptiuũ adiecerit. nã tametſi verũ ſit et à nobis oſtenſum eſt in principio explicationis harum quinque vocum Porphyrium Platonici nominis atque diſciplinæ impensè fuiſſè ſtudioſum alienum eſt à ratione putare Platonem ſenſiſſe diſciplinæ ſuſceptiuum, perinde homini per ſe cõuenire atque rationale, & mortale. Quare exiſtimandum eſt adiectum eſſe ſuſceptiuum diſciplinæ, quoniã vt cætera omnia Paulo ante cõmemorata per ſe ineſt licet diuerſa ratione, vt admonui. nam priores differentiæ primo modo poſterior ſecundo. Atq; ideo huiuſmodi differẽtia ad verã diffinitionem minime pertinet quoniã illa vt dictum eſt ex duabus partibus quæ ad ſubſtantiam rei attinent fit. Quod ſi Porphyrius inquit differentias per ſe facere aliud, atque in ratione ſubſtantiæ accipi, non eſt quidem id verum ſi de omni differentia per ſe dictum intelligamus ſed de illa dum

Succeptiuum. diſciplinæ quo pacto ſit differentia per ſe.

Quo modo differentia p ſe dicatur aliud facere Si ſucceptiuũ diſciplinæ eſt per ſe differentia.

illa dũtaxat, quæ ineſt primo mõ per ſe. cũ. n. hoc loco velit aſſignare diſcrimẽ inter differẽtias per ſe & per accidens illã ſatis eſt differẽtiã per ſe facere aliud, per accidẽs verò nõ facere aliud nulla eſt n. differẽtia per accidẽs quæ faciat aliud & inter differẽtias per ſe multæ aliud faciunt, quare ſi omne genus differentiarũ inſeparabilium comprehenditur altero membro huius diuiſionis, mea ſententia proprium quod ex principijs ſpeciei ortum habet ad differentiã per ſe reducitur ineſt enim ſecundo modo per ſe ſpeciei, & interdum ſummitur tanquam vera differentia. quoniam raro veræ differentiæ inueniuntur. vſque adeo vt plærique crediderint ne rationale quidem ſpecificam eſſe differentiam, harum vicè vti philoſophi ſolent ijs, quæ ad eaſdem proximè accedunt. inter quas cum diſciplinæ ſuſceptiuum & cætera propria quarto modo connumerãda ſint, potuit Porphyrius huius rei rationem habẽs dicere, differentiam per ſe, & facere aliud & in ratione dicente quid eſt accipi, Aquilum autem eſſe vel ſimum differentiæ quidem ſunt, non per ſe tamen ſed per accidens. nam accidunt quidem naſo. Hæ verò inter ſe diſtinguntur tum quòd quæ per ſe ſunt differentiæ, vt inquit Porphyrius, neceſſariæ ſunt ad rerum finitiones componẽdas. quia diffinitio fit ex genere & huiuſmodi differentijs. quæ verò fortuito adueniunt, nil omnino conducunt ad conſtituendas finitiones. tum etiam quia quæ ſunt per ſe faciunt aliud, quæ per accidens minimè, Tertio priores nec intentionem ſuſcipiunt, neque remiſſionẽ compos enim rationis & mortale non ſuſcipiunt magis & minus quia nullus homo magis eſt aut rationis particeps aut mortalis altero. Poſteriores verò intentionem, ac remiſſionem admittunt. nã ſimũ alterum. altero magis dicitur, & aquilum & naſi curuum. cum enim differentia per ſe aſſignandis, & conſtituendis diffinitionibus vſum adferat. ſubſtantia verò vniuſcuiúſque rei quæ diffinitione exprimitur vna atque eadẽ perpetuo ſit, vt teſtatur Ariſtoteles cap. III. ſexti topicorum his verbis vnicuique enim eorũ, quæ ſunt vnum eſt eſſe quod quidem eſt, differentia ipſa per ſe, cũ ſit altera pars diffinitionis neque intentionem ſuccipiet nec remiſſionem

Rodolphus agricola.

Diſcrimẽ

Prima.

Secunda.

Tertia.

Differentia per ſe non ſuſcipit magis aut minꝰ.

ſionem aliæ verò intenduntur, remittunturque cum gradus habeant, ſecundum quos in ſubiecto inſunt. hæc omnia ex capite tertio ſexti libri topicorum ſumpta ſunt à Porphyrio. Nam cum eo loco perſequeretur Ariſtoteles quæ ineſſe oportet differentiæ & peccata monſtraret, eorum qui perperam differentiam aſsignant, inquit, non rectè ſentire, qui affectu aliquo vtuntur vt differentia. Nam omnis affectus vt idem teſtatur, cũ magis fit, hoc eſt cum ſuſcipit intenſionem aut remiſsionem detrahit à ſubſtantia, differentia autem non huiuſmodi eſt vt deturbet ſcilicet à ſubſtantia rem ipſam. nam magis videtur ſaluare differentia id cuius eſt differentia & ſimpliciter impoſsibile eſt ſingula quæque eſſe ſine propria differẽtia. nã cũ nõ eſt greſsibile nõ erit homo, et vt ſimpliciter dicamus, ſecundum quæcunque alteratur habens, nihil eorum differentia illius eſt. Nam omnia huiuſmodi cum magis fiunt, detrahunt à ſubſtantia, quare ſi aliquam huiuſmodi differentiam quiſpiam aſsignauit, peccauit. ſimpliciter enim non alteramur ſecundũ differẽtias. Hactenus Ariſtoteles iuſsis valere ſeparabilibus ac inſeparabilibus differentijs quæ per accidens fortuitóque rei inſunt, eas quæ per ſe ſunt differentias hoc pacto diſtribuit. earum quæ per ſe ſunt differentiarum, aliæ ſunt ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies. Aliæ ſecundum quas ea quæ diuiſa ſunt, ſpecificantur. id eſt aliæ ſunt, generum in ſpecies diuiſiuæ, aliæ conſtitutiuæ formarũ. omnes tamen differentiæ quæ genus diuidunt (vt admonet Porphyrius) ſpeciem conſtituunt. quæ res argumento eſt huius diuiſionis membra, re eadem eſſe atque ſubiecto, ratione autem ſeparari. Etenim particeps rationis & expers, mortale atq; immortale quæ ſunt differentiæ, diuidunt animal, eædemque coniunctæ, ſpeciem conficiunt. licet non omnes eandem. particeps quidem rationis & mortale. hominem. eſt enim homo animal rationis particeps & mortale, particeps rationis, & immortale, deos, angelos & demones, Platonis ſentẽtia. quem in præſentia Porphyrius imitatus eſt. homines namque & dij ſumus rationales, ſed mortale additũ nobis ſeiungit nos à dijs, irrationale & mortale brutum efficiunt rationis

Vnde hæc ceperit Porphyrius.

Quarta diuiſio.

Differentiæ quæ genus diuidunt ſpeciem cõſtituũt.

tionis expers, & immortale inutiliter coniunguntur. non poſſunt enim vnà cohærere. nam ſi quidpiam immortale ſit, id ipſum continuo rationis particeps erit. quamquam poëtè quibus vt pictoribus quidlibet audendi ſemper fuit poteſtas, fabuloſe magis quam verè interdum rationis expertibus immortale nomen tribuerunt. vnde græcus poeta ſcyllam, monſtrum immortale malúmque vocat. ſubſtantia quoque in ſpecies, per differentias diſtribuitur. illæ ſunt animatum, atq; inanime. ſenſum habens, & ſenſu carens. ex quibus animatum & ſenſu præditum, animal conſtituunt. nam animal eſt ſubſtantia animata ſenſiua. Animatum & ſenſu vacans plantam. inanime expers ſenſus lapidem. inanimatum et ſenſum habens, nihil omnino efficiunt ſed inutiliter copulantur. quemadmodum immortale & rationis expers. nihil eſt enim cui cum ſentiendi vis natura conceſſa ſit, non ſit quoque vna cum ſentiendi facultate anima tributa. qua etiam plantæ vacantes ſenſu, præditæ ſunt. commemoratæ vero differentiæ magnum momentum habẽt ad generum diuiſiones faciendas, & conſtitutionem formarum, cum omnis definitio ex genere, & differentia efficiatur & ſimiliter genus omne diuidatur per differentias. quanquã autẽ earũ differentiarũ, hæ ad conſtitutionẽ formarũ, pertineant. illæ ad diuiſionem generum, omnes cõmuni appellatione ſpecificæ vocãtur à præſtantiori quidem illarum munere (fieri vt ſolet) ſumpto vocabulo. longè enim præſtat ſpeciem conſtituere quam genus diuidere, cum ob eam cauſam genus diſtribuamus vt ex eodem cum differentia faciamus ſpeciem.

Horat.

Homerus

Animal.

Planta.

Lapis.

Vſus differentiarum per ſe.

Specificæ differentiæ quare ita dicantur.

Ante verò quam hinc diſcedamus & ad ea quæ reſtant flectamus orationem meminiſſe opere prætium eſt non omnia quæ diuiduntur differentijs habere poſſe diuiſiuas & conſtitutiuas differentias. quinimo (vti dictum eſt) quoddam eſſe genus quod non ſit ſpecies & aliquam ſpeciem, quæ non poſsit eſſe genus, atque etiã inter medium quod modo genus eſt modo ſpecies, ita quoque exiſtimare par eſt, eſſe nonnulla quæ ſolum habent conſtitiuas differentias. alia quæ tantum diuiſiuas, alia verò quæ vtraſque. ſuppre-

ma quidem

Quibus inſũt differentiæ diuidentes quibꝰ conſtituẽtes.

ma quidem genera, primáque rerum principia tantum habent ſua naturà diuiſiuas differentias. Nam ſubſtantia corporeum atq; incorporeum differentias habet, per quas diuiditur cõſtitutiuas differentias non habet. Nam cum neceſſarium ſit omnem differentiam, quæ inferius conſtituit genus ſuperius in ſpecies diſtribuere id quod abeunti per ſingula differentiarum genera facilè conſtabit. decem autem rerum principia non habeant ulla ſuperiora genera neque differentiam ullam cõſtitutiuam habebunt. adde his quoq; quòd conſtitutiua quæuis differẽtia generi quod diuidit adiuncta ſpeciem efficit. nam rationale cum animali quod in hominem, & brutum diſtribuit hominem facit. ſupremum verò genus, ita eſt genus ut ſpecies eſſe minimè poſsit ergo ſic habet differentias per quas diuidatur, ut ſit prorſus conſtituentium expers. at ſpecies atomæ, atque indiuiduæ, cum conſtituantur differentijs omnino vacant diuidentibus. homo enim rationali conſtituitur, ſed quoniam inferiores ſpecies non habet, minimè per differentias diuiditur. intermedia tamen utráſque habent. nam animal ſenſitiuo conſtituitur, & rationis participe atq; experte rationis diuiditur. ſunt enim his ſuperiora genera inferióreſque ſpecies. ex quibus õnibus primũ conſtat, neque ſupremum genus, neque præterea indiuidua de quibus prædicatur ſpecies, diffiniri poſſe, quia horũ neutrum conſtituẽtem differentiam habet. Quod inſinuare cupiens Ariſtoteles primo libro de anima. quo loco exponit difficilè reperiri finitionem animæ, inquit, cum ſit hæc quæſtio (de diffinitione inquam) multis quoque alijs communis difficilis quidem eſt. multis alijs dixit, quoniam videbat neque ſupremum genus, neque indiuiduum definiri, ſed eorum utrúmque deſcriptione tantum explicari. hinc ſecundo colligitur fieri non poſſe, ut una atque eadem differentia eandem rem conſtituat. diuidátque. quinimo, quæ genus diſtribuunt, ut innuimus. inferiores conſtituunt ſpecies. Tertio hinc quoque conſtat omnem differentiam. conſtitutiuam eſſe pariter ac diuiſiuam, ſi ad aliud, atque aliud referatur. quãquam Ammonius hoc loco exiſtimet differentiam infimæ ſpeciei dumtaxat conſtituere. eam quæ

Supremũ genus nõ cõſtituit differentia.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Species infima.

Intermedia.

Neque genus ſupremũ neque indiuiduũ finiri poteſt.

Vna differentia nõ poteſt diuidere quod cõſtituit.

Omnis diffentia diuidit & conſtituit.

eſt ge-

eſt generũ ſupremorũ dũtaxat diuidere. quod ſi rectè examinemus non dubium eſt, quim ſimus ſtatim conceſſuri Ammonium Hermeam hac in re à veritate abhorruiſſe. quoniam rationis particeps quæ eſt hominis differentia non modo hominem conſtituit, ſed animal quoque diuidit, iuncta irrationali. corporeũ quoque, atque incorporeum, quæ ſubſtantiam diſtribuunt, duo intermedia conſtituunt, corpus inquam, atque ſpiritum.

Ammonius carpitur.

Quoniam verò nonnihil negotij eſt dicere atque explicare genus per differentias diſtribui neque quo pacto id fieri debeat ſatis conſtat, quod magnam, ſi intelligatur, utilitatem adfert longius aliquantulo repetito ſermone inductiſque exemplis quo pacto id fieri poſsit à medicendum eſt. Principio autem meminiſſe conuenit genus ipſum ut animal, animatum, corpus, ſubſtãtiam qua genus eſt non magis propẽſum eſſe ad unam ſpeciem earũ quæ ſub ipſo ſunt, quam ad alteram. atque hæc eſt Ariſtotelis ſententia libro quinto primæ philoſophiæ. & adducitur à Porphyrio in communibus differentijſque quinque vocum. eſt enim animal ex æquo commune hominum brutorumque animantium. Nam diffinitio Animalis, pari ratione in utroque reperitur, ſubſtantia, inquam, corporea animata ſenſiua. ergo quod inter ſpecies animalis diſcrimen exiſtit à genere originem habere non poteſt, cum genere conueniant. ſeparat quidem genus in diffinitione poſitum, ſpeciem à ſuperioribus generibus, ſignificans non eſſe eam ſpeciem proximam cuiuſpiam generis ſuperioris, ut teſtatur Ariſtoteles capite ſecundo ſexti libri topicorum, at verò ab altera ſpecie minimè ſeiungit eãdem. aut ſi mauis genus eius rei quæ definitur, maximè eorum quæ ponũtur in diffinitione ſubſtantiam ſignificat, ut capite primo eiuſdem libri dicitur. quod ſi ita eſt præter genus opus eſt aliquo quod genus natura ſua ad ſpecies omnes æque propenſum cogat una aut altera ſpecie contineri. hoc autem præſtat differentia. Nam rationis particeps v. g. adiectum animali hominum ſpeciem facit ſuiſque illam numeris abſoluit. rationis expers, generi animaliũ iunctum efficit brutum atque in cæteris ſimili modo. cõparatur enim genus,

Quæſtio.

Quo modo genus dicat diuidi per differentias.

L ut ſimi-

Similitudine res explicatur.

Vt ſimilitudine rem declaremus, materiæ aut ceræ, differentia verò formæ aut ſigillo, ſpecies compoſito ex materia & forma, aut figuram habenti ceræ. quemadmodũ verò materia ſponte ſua, æque propenſa eſt, ad omnes formas, cum ſit omnium formarum ſuſceptiua, cera quoque, omnibus figuris, ſuccipiendis apta eſt, ita quoque genus qua genus eſt, ad ſingulas ſpecies in quibus ineſſe natũ eſt, ex æquo eſt procliue atque propenſum. atque vt in eodem exẽplo perſtemus, quemadmodum forma ad materiam accedens, peculiare quoddam compoſitum efficit, cera quoque, admiſſo ſigillo peculiarem rem reddit. Ita differentiæ generi adiectæ, certã quandam ac definitam ſpeciem conficiunt. Illa verò quæ diximus non poſſunt exactè cognoſci niſi animi cogitatione genus à ſuis formis abiungatur, & de rebus iſtis perinde iudicemus ac ſi genus aliquãdo contractum non ſit. dictum eſt ergo quo pacto differẽtia genus diuidat.

Cur tot diuiſiones differentiæ Porphyrius nobis tradiderit.

Hactenus porphyrius genera differentiarum propoſuit, nunc ſtudet differentiam nobis explanare, non omnem quidem illam, nam ob eam ſolum cauſam tot differentiarum diuiſionem adduxit vt cæteris refutatis quæ ad dialecticam & philoſophiam pertinerẽt acciperet, atque nobis indicaret quam etiam diffinitione adhibita explanaret. quoniam diuiſio (vt diximus in proœmio ad efficiendam finitionem maximè conducit. eam verò tantum explicat quæ maximè propria vocatur.

Cur multas adducat deſcriptiones differentiæ.

quemadmodum verò multis modis diuiſit differentiã ſic eiuſdẽ multas adducit finitiones. hoc à Porphyrio eo conſilio factum eſt vt quid de differentia ſenſerint antiqui peripatetici palam faceret. aliter namque differentiam diffinit Theophraſtus, aliter. Eudemus, & Nichomachus, aliter etiã ſtrato, & licon. ac reliqui familiæ Peripateticæ ſtudioſi, ita enim fiet, vt poſtquam examinatæ fuerint, omnes de differẽtia definitiones, quæ longè cæteris præſtare viſa ſit amplectamur. Qua etiam in re planè præſtitit quod initio quinque vocum eſt pollicitus nimirum paucis dicturum ſe quæ eſſent à maioribus tradita, præſertim verò quomodo de hijs veteres philoſophi diſputarint, ſed in primis peripatetici. Quamquam Porphyrius neſcio qua aut negligentia, aut obliuione,

Carpitur Porphyrius.

uione, neque quæ ſit omnium deſcriptionum optima & præſtantiſsima neque in quo ab antiquis philoſophis peccatum ſit in diffinienda differentia nos docet. quod faciendum eſſe monet Ariſtoteles primo methaphiſico. Et ethi. primo & politico. ſecundo. & obſeruatur ab eodem vbique diligenter.

Præceptũ Ariſtotelis.

Prima deſcriptio.

Abundare ſpeciẽ à genere.

Principio itaque differẽtiam antiqui philoſophi ita determinant, vt inquit Porphyrius. differentia eſt qua abundat ſpecies à genere, id eſt qua genus ab ſpecie ſuperatur. homo enim. rationale & mortale differentias habet, quibus animal vacat, quod hominum genus eſt. Amplius, quicquid diffinitur per genus & differentiã explicatur. & ſolum quod diffinitur quare cũ ſpecies tantũ diffiniri poſsit, relinquitur ſolũ ſpeciẽ habere differentiam. Genus autem quia non diffinitur, prorſus differentia carere cenſendum eſt.

Obiectio contra finitionem differentiæ.

Sed contra eſt, nam animal genus eſt, & ſenſitiuum habet differentiam. Præterea animal diffinitur hoc modo ſubſtantia animata ſenſitiua. In qua quidem oratione inſunt genus & differentia ergo genus non ſuperatur ab ſpecie differentia. Vt inquit Porphyrius.

Diluitur

Verum ad vtramq; obiectionẽ eadẽ ſolutio adhiberi poteſt. Generis inquam appellatione ſignificari quod ſic eſt genus vt nõ ſit ſpecies. ſunt autem huiuſmodi decem ſuprema genera, quorũ ſingula, vt in cap. de ſpecie longa oratione diſeruimus nulla differẽtia cõſtãt. licet habeant differentias diuidentes. ſed has ſolum poteſtate habent non actione, diffiniri autem non poſſunt. quare ſuperantur ab ſpecie differentijs his.

Vrget dubium.

Sed obijciet fortaſſe quiſpiam exhibitam reſponſionem & aſsignatum diſcrimen cum veritate pugnare, atque etiam cum opinione Porphyrij. Præſertim cum Porphyrius non vtatur exempli vice ſupremo genere, ſed animali quod eſt intermedium, Dicens, homo enim ab animali plus habet rationale & mortale.

Diſſoluitur.

Ad quod illud dicendum eſt quòd cum intermedia, & ſubalterna vocata ad inuicem ſint genera, atque ſpecies. animal adductum eſt in exemplum a Porphyrio in præſentia, non quatenus ſpecies eſt, ſed vt eſt genus, qua conſideratione

eadem ratio, atque iudicium de eo eſt atq; de ſupremis generibus. Nam animal ſecundum quod eſt genus hominum & brutorũ animantium, nullam habet differentiam conſtituentem, eſt enim hoc peculiare generis. tametſi quà ſpecies eſt ſenſibile ſortitum ſit differentiam.

Arguit porphyrius contra deſcriptionem.

Duo ſuccipit Porphyrius.

Ex nihilo nihil fit.

Duo contraria nõ poſſunt ſimul in eadẽ re exiſtere.

Proposita differentiæ diffinitione Porphyrius aduerſus eandem dubitationem quandam inducit, quæ quo melius vires ſuas oſtendat, duo ſuſcipit. quæ tam aperta ſunt vt probatione non indigeãt, vnum eſt, ex nihilo nihil fieri. quod pronuntiatum naturà quidem eſt quàm notiſsimum. nam quod ex nihilo aliquid fieret nullus philoſophorum admiſit. cum videãt quicquid fit partim præfuiſſe, partim quoque fieri vt planè demonſtrari poſsit in rebus arte conſtantibus, quarum analogia quæ natura conſtant explicari ſolent. alterum eſt quòd duo contraria ſimul tempore, in eadem re exiſtere nõ poſſunt. quod eſt ſimiliter manifeſtum, vt Ariſtoteles teſtatur, in ſermone de oppoſitis. & præterea ex contrariorum diffinitione cõſtat. ſunt enim contraria quæ ſub eodem genere poſita, viciſsim inſunt, & mutuo ſe expellunthis. igitur duobus ſuſceptis & philoſophorum omnium opinione & ſententia cõſtitutis, dubium eſt quo pacto genus poſsit ab ſpecie per differentias ſuperari. videtur enim hoc abſurdum atque à veritate alienum. nam ſi verum ſit, neceſſarium eſt in horum alterum incidere, vt concedamus duo contraria in eodem eſſe ſimul tẽpore, aut ex nihilo fieri aliquid. quorũ vtrumque pœnitus falſum eſſe omnes docti atque ſapientes putant. quod autem neceſſarium ſit, in alteram harum abſurditatum incidere, ita probatur. Nam aut illæ differentiæ quas formis ſub genere contentis ineſſe conſpicimus prius fuerunt in genere, quam informis, aut non, ſi primum verum eſt, cõficitur duo oppoſita & repugnantia in eadem re ſimul eſſe tempore, atque id actione. nam rationis compos, & rationis expers, mortale atque immortale oppoſitæ differentiæ ſunt. præterea ſi huiuſmodi differentiæ prius in genere reperiuntur quam in ſpecie abſurdum eſt dicere, Genus ab ſpecie ſuperari differentijs. Immo verò cum generi duæ inſint differentiæ.

Contraria.

Qua ratione genus ſuperetur ab ſpecie per differentiam.

Ratio prima.

Secunda ratio.

ſpecie

ciei vna tantum, genus ſpeciem altera differentia ſuperare atque excedere credendum eſt. quod ſi differentiæ non fuerunt prius in genere quàm in ſpecie, protinus in alteram abſurditatis partem inciditur. ex nihilo inquam aliquid fieri, Nam cum ſpecies ſuapte natura ex genere & differentia exiſtat, quæ ſunt diffinitionis partes, antequam eidem adſit differentia, non erit ſpecies. quare ſi differentia ab ſpecie ortum habet & non à genere fiet ex nihilo aliquid. & non ſolum id accidet, verum etiam idem erit prius & poſterius, reſpectu eiuſdem & conſimiliter atque in eodem tempore. quod eſſe impoſsibile, cap. tertio primi libri de poſterio. res, docet Ariſtoteles. Nam cum ex hypotheſi lateat in ſpecie differẽtia habeatque eandem à ſe ipſa ſpecies, erit proculdubio, ſpecies prior differentia. ſed differentia pars eſt ſpeciei (vti dictum eſt) & partes ſunt toto priores natura, quare conſequitur, ſpeciem poſteriorem eſſe differentia. atque ex conſequenti prior & poſterior ſpecies exiſtimabitur differentia, quod rationi repugnat. Hanc dubitationem Porphyrius vt more Peripateticorum diluat. præfatur, quod licet fieri non poſsit vt duo oppoſita, actione ſint in eadem re, nihil prohibet quo minus ſint poteſtate. Quando ergo quæritur à quo habeat ſpecies differentiam reſpondendum eſt eam habere à genere. & rurſus colligenti duas differentias oppoſitas eſſe in eodem ſimul tempore puta in genere adhibita diſtinctione reſpondendum eſt. aut enim putat actu eſſe in genere differentias, & qui id exiſtimat errat. aut poteſtate. hoc autem modo, nihil vetat in eodem eſſe oppoſitas differentias. ſunt ergo in genere rationale & irrationale, mortale & immortale oppoſitæ differentiæ facultate non actione. Nam animal quod genus eſt, ad ſpecies propẽſionem habet. atque ob id rationale atque irrationale in formis ſuìs poteſt admittere. ex qua potentia ad actum transfertur. nã adueniens differentia generi conſtituit ſpeciem, quinimò non ſolum verum eſt oppoſitas differentias in eodem eſſe genere poteſtate, ſed quod magis mireris. niſi illæ poteſtate fuiſſent in genere, antequam diuidatur in ſpecies, nunquam earum vlla actione in eodem reperietur.

Tertia ratio.

Poteſtate nihil prohibet in eodem eſſe oppoſita.

Obiecta diluũtur

Differentiæ oppoſitæ ſunt ſimul poteſtate in genere.

L iij nam

Potentia ad oppoſita.

nam ea quibus poteſtas non adeſt ſuſcipiendi contraria, nunquam
alterum actione ſuccipient, criſtallus enim quia poteſtate cali-
dus non eſt, diſſolui quidem poteſt ſecundo de generatione, &
quarto Meteologicorum, ſuſcipere autem colorem minimè. Ea ve-
ro quæ poteſtatem habent, ſuſcipiendi contraria, aliquando tandẽ

Chriſtallus.

actione ſuſcipiunt ea, ad quæ facultatem ac potentiam habere fe-
runtur. vnde fit vt aqua, aer, atque ſimilia, modo calida effician-
tur, modo frigida. quia vtrumque habent poteſtate. Ergo cum ge-
nus ſecundum ſuas ſpecies oppoſitas differẽtias actione habeat ex
iſtimandum eſt, eaſdem in eodem extitiſſe prius facultate. atque
ideo neque ſequitur ex nihilo aliquid fieri cum à genere proficiſca-
tur differentiæ. neque quòd exiſtant actu oppoſita in eodem ſed po
teſtate tantum. Hoc autem rationi eſt conſentaneum. Nam pote-

Poteſtate exiſtere vnum in altero q̃d ſit.

ſtate quippiam in altero exiſtere nil aliud eſt quam eius naturæ mi
nimè repugnare. quo intellectu puerum poteſtate grammaticum
appellamus, quia licet grammaticam minimè didicerit, fieri gram-
maticus, diligentia, atque ſtudio poteſt. à qua etiam facultate cali-
da eſſe perhibetur, quòd calorem ſuccipere poſsit. vt enim puero po
teſtas quædam in eſt ad grãmaticam diſciplinam, cum inſita ſint,
vt Cicero dixit omnium hominum, animis ſemina virtutum. atque

Actione tale quid nam ſit.

ſcientiarum, ita quoque aquæ calorem ſuſcipiendi facultas ineſt. ac
tione autem illud eſt tale, quod ſecundum formam habet appella-
tionem, vt qui grammatica diſciplina infectus eſt. actione gram-
maticus dicitur. oppoſita igitur vt calidum, frigidum, humidum, ſi-
cum, album, nigrum, licet nulli rei actione ſimul adeſſe poſsint. cũ
ſecundum formas vehementiſsima ſit repugnantia. poteſtate qui-
dem optime poſſunt. Nam poteſtates ad res diuerſas, etiam ſi in eo

Materia poteſtate habet formas diuerſas.

dem ſint, minimè repugnant. cum materia primo phyſicorum pote
ſtatem habeat ad omnes formas. & genus materiæ proportione
reſpondeat. Vt ex Ariſtotelis ſententia Porphyrius in præſentia
teſtatur. Quare ſufficienter diſputatum eſſe exiſtimare conuenit
in genere oppoſitas differentias poteſtate exiſtere. De his autem
longius fortaſſe, quam par fuerat aut loci ratio patitur dictum à
nobis eſt.

nobis eſt. Sed aduerſus hanc ſolutionem, quam ex Peripatetico
rũ doctrina propoſitæ dubitationi Porphyrius adhibuit, ſunt quæ-
dam neque leuia, nec infirma eorum philoſophorum argumenta,
qui & nominis & diſciplinæ Platonicæ ſunt ſtudioſi, quæ nos in
præſentia in medium conferemus, vt manere poſsit etiam cumula-
tus ſuus honos diſciplinæ Ariſtotelicæ. primum verò ſic obijcio. Si

Obijcitur cõtra ſententiã explicatam iam.

duæ differentiæ nõ poſſent actione reperiri in genere ob id eſſet po-
tiſsimum (quemadmodum definitũ eſt) quòd oppoſitæ ſint, ſed dif-
ferentiæ minimè opponuntur, ergo nil prohibet in eodem exiſtere
actione vtrãque. diſcurſus legitimus eſt, & altera pars anteceden
tis eſt Porphyrij & eorũ omnium, qui Ariſtoteli fauent. Secunda

Prima obiectio.

autem pars manifeſta redditur, detorta in Peripateticos ratione,
nam quæ ſunt contraria non poſſunt, in eadem re ſimul exiſtere,
quemadmodum longiori oratione dum confirmaremus Porphyrij
ſententiam monſtratum eſt. ſed rationis particeps & expers ratio
nis mortale & immortale quæ ſunt differentiæ nõ modo non ſe ex
pellunt atque interimunt, ſed vna conſeruat fouetque alteram, vt
in communibus & differentijs Porphyrius refert. & affertur ab
Ariſtotele ca. III. ſexti libri topicorum ex Platonis ſententia. er-
go differentiæ non ſunt oppoſitæ aut contrariæ. minor huius ratio-
nis ita probatur, nam particeps rationis & immortale quæ Plato
deorum eſſe differentias teſtatur, conſeruant rationis expers &
mortale. quòd ſi vnum alteri vim minimè inferat; neque expers ra
tionis repugnabit rationis compoti, neque immortale mortali, atq;
ex conſequenti, nihil obſtat, cur non reperiantur in eodẽ genere ac
tione differentiæ. nam quoniam ira & cupiditas non ſunt contra-
ria animo rationis compoti, cum ſint ipſa rationis expertia, in eo-
dem ſimul Exiſtunt. eandem rem ſecundo confirmant fiducia-

Ratio.

ria reprobatione, nã licet differẽtiæ cõtrariæ eſſe cõcedantur ſimul
reperiri poſſunt, quia tametſi duo oppoſita nõ poſsint exiſtere actio
ne in eadẽ re corporata, quin alterũ alteri vim inferat. cum eorum

Fiducia reprobatio.

Cõtraria in eodẽ.

dat, corporei ſubiecti particeps. optimè ſanè fieri poteſt, vt in vno atque eodem ſubiecto incorporeo reperiantur. nam videndi virtus ſimul recipit candoris & nigroris (quæ ſunt contraria) ſpecies. anima quoque frigidi & calidi boni atque mali eodem tempore conceptum habere videtur. ſed genus & vniuerſalia ſingula corpore vacant, habebit ergo genus eodem tempore idque actione duas oppoſitas differentias.

Tertia ratio.

Amplius quod eſt poteſtate tale deducitur in actum, per id quod eſt actu tale, vt inquit Ariſtoteles, Meteoro ſecundo, & ſecundo de generatione: nam aqua frigida cum ſit facultate calida actione calida reddetur ab igne qui eſt calidus actione & facultate grammaticus ab eo actione grammaticus fit, qui grãmaticam diſciplinam didicit. retinetque. Sed cum differentiæ ex hypotheſi poteſtate exiſtant in genere neceſſarium eſt in actum transferri ab eo, quod actu præditum eſt differentijs.

Quarta ratio.

hoc autem fieri non poteſt ab ſpecie, quia ſpecies nuſquam eſt antequam differentia ſit. quæ eſt eius pars. neque reperitur quidpiam aliud inter genus & ſpeciem à quo deducatur in actum ea poteſtas. reliquum eſt igitur deductionem facultatis in actum, fieri à genere, atque ex conſequenti actione habet oppoſitas differentias. poſtremo ſi genera ſolum poteſtate haberent differentias, ſpecies verò actione, multò perfectiores eſſent ſpecies quam genera, quinimò ſuprema genera eſſent ſumme maximeque imperfecta. quod excedit õnes metas rationis, cum cauſas priores perfectioreſque ſuis effectis eſſe, neceſſe ſit. & ſuprema genera ſint prima principia rerum omnium quæ in vniuerſitate ipſa exiſtunt. quinto libro primæ philoſophiæ. & poſteriorum primo. quo loco Ariſtoteles teſtatur, vniuerſalè honorabilius eſſe ſingulari. quoniam oſtendit cauſam. & in capite de ſpecie dictum eſt, decem eſſe ſuprema genera tanquam decem rerum prima principia. item etiam quia ſimpliciora, cũ propinquiora ſint primo omnium fonti ſimpliciſſimo puriſſimoq; neceſſe eſt eſſe perfectiora cæteris omnibus, & quanto genus communius eſt atque ſuperius tanto eſt ſimplicius. quare & perfectius. ſed quod conſe-

quatur,

quatur, quod dictum eſt. hinc conſtat. Nã actus potentia eſt prior atque præſtantior, cum potentiæ perficiantur actionibus, & deducantur ad actum, ab eo quod eſt actu tale, ergo cum differentia ſit actus, quæ actione habent differentiam præſtantiora ſunt ijs quæ eandem habent poteſtate ſed genera facultate habent differẽtias, ſpecies actione, vt dicitur: ergo longè erunt præſtantiores ſpecies quam genera. Cum autem hoc magnam habeat abſurditatem, efficitur oppoſitas differentias reperiri actione in genere quod aduerſarij probare nitebantur.

Diluuntur obiecta.

His rationibus, quæ ſi leuiter conſiderentur & perpendantur, prorſus videbuntur labefactare, atque euertere opinionem noſtram, difficilè non eſt reſpondere: quod vt fiat minori labore in memoriam reuocandum eſt, quod ex Platonis opinione in proœmio quinque vocũ de vniuerſali dictum eſt. Triplex inquam eſſe vniuerſale, vnum ante multa, alterum in multis. Tertium poſt multa: à primo arbitratur Plato tanquam à verò prorſuſque immutabili exemplari proficiſci omnia. quia ergo eſt rerũ omnium origo, quod eſt ante multa vniuerſale, vt per ſe homo, & per ſe animal, (ſic enim ille loquitur) ſi genus ſit continet in ſe ſpecies omnes de quibus prædicatur, atque ex conſequenti differentias, ex quibus formæ conſtituuntur. neque ex ea opinione quippiam conſequitur abſurdi, aut quod rationi non ſit & veritati cõſentaneum, cum in eo non ponantur oppoſitæ differentiæ, vt in ſubiecto aliquo ſed tanquam in principio.

Platonis ſentẽtia.

Quod ſi Plato fateretur, in vniuerſali in multis, in natura ſcilicet generis, in rebus ſingulis collocata, exiſtere duas differentias oppoſitas, non eſſet quidem ferendus. quoniam qui ita exiſtimaret grauiter peccaret. & à philoſophia. hoc eſt ratione diſcederet.

Ariſtotelis.

Ariſtotelei verò dicũt, in gñre collocato in rebus ſingulis non eſſe oppoſitas differentias. Platonicorum tamen argumentis ſolum efficitur, differentias reperiri in genere quod eſt ante multa quare minimè exiſtimandum eſt Platonicos à Peripateticis diſſidere. ſed potius conuenire hac in re. quemadmodum in multis alijs. argumenta verò non ſolum non efficiunt, quod efficiendum ſuſceperant.

ſucceperant, ſed multa quoque quæ obiter & curſim capitalibus rationibus inſerta ſunt, nullum ad eam ipſam rem, cuius parabantur gratia, momentum habent.

Prima ratio ſoluitur.

Nam quod in primo argumento adductum eſt tanquam in exemplum, iram, & cupiditatem, in eadẽ anima exiſtere, quoniam animæ minimè repugnant, ad rem non attinet. non ſunt enim in eadem animæ parte. quinimò vt rationem in capite tanquam reginam in arce, ſic cupiditatem in corde, & iram ſubter præcordia Plato, atque Democtitus collocarunt.

Secunda

Rurſum. quod in ſecundo argumento adiectum eſt videndi facultatem admittere ſimul duo contraria, animam præterea cognitionem capere, atque ſeruare duorum contrariorum, id quidem aut falſum eſt, aut ſi eſt verum mens non habet cognitionem eorum vt multorum, ſed vt vnius. quia re verà repugnantius eſt, & magis contra naturam, animam ipſam duo oppoſita ſimul actione percipere, motibuſque ferri, atque agitari contrarijs. quam corpus.

In eadem anima nõ poſsunt duo oppoſita eſſe ſimul.

Nam intentio illa animi & mentis conſideratio ſi plura ſpectare velis non dico contraria. Sed diuerſa tantum retunditur ſtatim. neque illud ferre valet. ſpecies autem albi & nigri non exiſtunt in eadem parte oculi. in qua enim parte eſt albi ſimilachrũ ſpecies nigri non eſt. Oportebat autem exiſtere in eadem oculi parte, vt Ariſtoteles in libro de ſenſu & ſenſili eleganter diſputat.

Tertia ratio expenditur.

Quando verò in tertio argumento quæritur, cum neceſſarium ſit omne potentia tale fieri actu tale. ab eo quod ſit actu tale a quo, quod ſit tale actione. accipiat ſpecies differentiam, reſpondendum eſt id ab eo fieri. qui rem ipſam ſingularem in qua ſunt ſpecies genus & differentia producit. quoniam is actione differẽtiam habet. vt alteram partem ſubſtantiæ. Quæ omnia ſi ad amuſsim examinare quiſpiam velit facilè intelliget, nil eſſe dictum, quod non conſonet veritati. Nam tametſi poteſtate differentiæ ſint in eodem genere, nullus eſt qui fateatur actione in eodem exiſtere. quia cum omne genus

in re

in re corporata ſubſiſtat ratione eius corporis in quo eſt, fieri non poteſt vt in eodem oppoſita reperiantur. quod ſi à corpore abſtraheretur, cuius eſt ipſum ſuapte natura expers fortaſſe (quod Plato aiebat) fieri poſſet, vt in eodem exiſterent oppoſitæ differentiæ, quod planè euenit in genere concepto animo, illud enim ſuaptè natura vt dixi. Paulo ſuperius contrahi poteſt per differentias oppoſitas ad ſpecies diuerſas.

Vtrum vniuerſale ſuapte natura corpore prædictũ ſit necne. Corpore vacat.

Verùm quòd vniuerſale ſuapte natura, id eſt quatenus eſt vniuerſale, corporatum non ſit quod eſt à nobis repetitum ſæpius, & frequentius eſt inculcandum, aliquot argumentis conuinci poteſt. & à nobis in præſencia conferẽda in medium ſunt, vt res ipſa planior efficiatur. quorum vnum ſic habet.

Prima ratio.

Corporis alia ratio eſt in re maiori quam in minori, vniuerſalia verò omnia eandem prorſus ſubeunt rationem in magnis paruiſque corpore indiuiduis, ſub vniuerſali comprehenſis, cum eodem modo, eademque ratione Pigmeus ſit homo. ſi homo cenſendus eſt qua gigas. non ſunt ergo vniuerſalia corporata.

Secunda ratio.

deinde, corpus corpori additum acceſsionem facit, ſed licet Socrati adderentur, vniuerſalia omnia nullam facerent acceſsionem. non ſunt ergo corporea.

Tertia ratio.

Tertio, nullum corpus in eodem tempore poteſt eſſe in pluribus rebus, vniuerſalia ſimul ſunt in omnibus ſuis indiuiduis, non ſunt ergo corpora cenſenda.

Quarta ratio.

Rurſum, corpora ſi diuidantur, non retinent eandem figuram & quantitatem qua integra prædita fuerant. Nam ſi aureũ nummum, in partes diſcerpas, nulli earum partium eadem figura aut quantitas inerit quæ toti. Sed vniuerſalia per omnia indiuidua latè diffuſa eandẽ vbiq; ſeruãt ſpeciẽ. atq; rationẽ. non ſunt ergo in corporibus habenda.

Quinta ratio.

poſtremo, corpora (quemadmodum inductione manifeſtum eſt) ex materia & forma cõponuntur, atqui vniuerſale, omnino materia atque forma vacat, ergo nõ eſt inter corpora referẽdũ Hæc etiam eſt Ariſtotelis ſententia primo libro poſteriorum.

Nam

Ariſtoteles.

Nam cum vellet probare non contingere ſcire per ſenſum, aſſignans diſcrimen inter id quod ſentitur & quod ſcitur ait, hoc aliquid, id eſt, ſingulare, neceſſe eſt & alicubi eſſe & nunc. Vniuerſale autem & quod eſt in omnibus impoſſibile eſt ſentire. nō enim hoc aliquid eſt. neque nunc. neque alicubi. nec enim eſſet vniuerſale. quod enim ſemper & vbique eſt vniuerſale dicimus eſſe. eadem prorſus (quod attinet ad hanc rem) eſt ſententia Platonis initio Philebi. Ex quibus omnibus confectum eſt. Vniuerſalia ſuaptè natura corporis expertia eſſe. atque ideò, neque generari neque corrumpi poſſe qua parte ſunt vniuerſalia. Sed quoniam vt in procœmio tetigimus, ſubſiſtunt in corpore, quemadmodum corpus multis eſt varietatibus & mutationibus obnoxium, ſic vniuerſale. quia in corpore exiſtit, & generatur & corrumpitur vna cum corpore. Nam vt motis nobis mouentur ea quæ in nobis ſunt, quod teſtatur Ariſtoteles ſecundo libro topicorum. Ita quoque corruptis nobis corrūpuntur ea quæ in nobis ſunt. neque enim dubium eſt, eſt quin corrupto Gaſparo, corrumpantur quæ in me ſunt vniuerſalia.

Vniuerſale.

Plato.

Vniuerſalia neque generari, neque corrūpi poſſunt.

Secunda deſcriptio differentiæ explicatur.

Secunda differentiæ deſcriptio, quam adfert Porphyrius, & quam accepit ab Ariſtotele primo libro topicorum ſic habet. differentia eſt, quæ de pluribus & differentibus ſpecie, in eo quod quale quid eſt prædicatur. vt rationale, & irrationale, mortale & immortale. ſenſitiuum, animatum, corporeum. horum enim ſingula de pluribus ſpecie differentibus, prædicantur. Nam ſi quid non ſic prædicaretur, maximè rationale, rationale tamen de pluribus ſpecie diſſimilibus dicitur. nā de hominibus & dijs. vt inquit Porphyrius. prædicatur. Quod autē differentia prædicetur in quale quid mōſtrat Porphyrius. quia interrogāti qualis ſit homo, optimè quidem ac ſufficiēter redditur differentia. & quoniam quæ in quale prædicantur, duplici genere continentur, quædā enim ſimpliciter atque abſolutè qualitatem prædicant. Alia verò qualitatem ad ſubſtantiam pertinentem. quam ſubſtantialem qualitatem vulgo appellant. licet differentia de ſpecie, atque indiuiduis ſub ſpecie conſtitutis prædicet qualitatem, non eſt illa quidem accidentaria. quoniam ea ratione prædicari ad proprium & accidens ſpectat, ſed ſubſtātialis & quæ quale quid à philoſophis appellatur. hæc autem ab Ariſtotele traduntur capite vltimo libri quarti topicorum, quo loco diſcrimen aſſignans inter genus & differentiam, ita inquit. quoniam autem videtur in quibuſdam & differentia de ſpeciebus in eo quod quid eſt prædicari, ſeparandum eſt genus & differentia vtenti his quæ dicentur elementis. primum quidem quoniam genus de pluribus dicitur quam differentia. deinde quoniam ſecundum eius quod quid eſt aſſignationem magis conuenit genus quam differentiam dicere. nam qui hominem dicit eſſe animal magis indicat quid eſt homo, quam qui greſſibile. & quoniam differētia qualitatem generis ſignificat, genus autem differentiæ non. Nā qui dicit greſſibile quale quid dicit animal, qui verò animal dicit, non dicit quale quid greſſibile. Idem quoque teſtatur multis alijs locis, ſed præſertim cap. tertio ſexti libri topicorum. Prædicatur ergo differentia in eò quòd quale quid.

Rationale de pluribus ſpecie diuerſis dicit.

In quale quid.

Biſariam contingit prædicari in quale.

Ariſtoteles.

Diſcrimē generis & differentiæ ex Ariſtotele.

Verum cum non facilè crediturοs omnes exiſtimaret Porphyrius differētiā in eo quòd quale quid eſt prædicari. potius enim videtur ſimpliciter prædicari in eo quod quid eſt. ſi quidem ſignificat ſubſtantiam, non accidens, contendit monſtrare differentiam qualitatem eſſe. & eam prædicare de ſpecie. Idque ex analogia rerum naturalium, atque earum rerum quæ arte conſtant. Vt enim ſingulæ res naturales re vera ex materia & forma conſtituuntur, quod in libris phyſicorum docet Ariſtoteles. præterea ſicut res arte conſtantes, ad proportionē rerum naturalium ex materia & forma fiunt, cnm ars imitetur naturam, quantum poteſt autore Ariſtotele in libris de repub. in ſtatua ſiquidem quæ res arte conſtatæs quidem materiæ vicem habet atque eſt id ex quo res fit. ſtatuæque formam ſuccipit. ad ſimilitudinem ergo rerum naturalium, & earum quæ arte conſtant, ſpecies dialectica licet non conſtet ſimpliciter

Perſuadetur ratione, quod differentia prædicetur in quale.

pliciter forma & materia, ea habet quæ formæ & materiæ ſimilitudinē habent, nam conſtat genere & differentia. quorū alterū vicem gerit materiæ. formæ alterum. Rurſum quemadmodum in rebus naturalibus & arte conſtantibus forma materiæ adueniens eſt veluti qualitas, cum tribuat denominationem, quæ ad qualitatem maximè pertinet. ſic exiſtimare licet; differentiam, quæ ſpeciei pars eſt. cum ſit veluti forma, ex qua cum genere fit ſpecies rationem habere qualitatis. atque ex conſequenti prædicari in quale. Quoniam verò illa qualitas ad rei ſubſtantiam attinet. non ſimpliciter dicitur differētia prædicari in eo quod quale. ſed in eo quod quale quid.

Obijcitur contra ſententiam iſtam.

Non debemus autem perturbari. Tametſi Porphyrius in communibus & differentijs affirmet differentiam ſignificare abſolute qualitatem. & prædicari in quale, & Ariſtoteles cap. ſecundo. ſeptimi topicorum, aſſerat in eo quod quid eſt ſolum genus & differentiam prædicari. quoniam his Porphyrij atque Ariſtotelis verbis nullo modo euertitur propoſita ſententia.

Porphyrij ſententia.

Nam Porphyrius, quia differentiam videbat non prædicari in quid, quemadmodum prædicantur genus, atque ſpecies. dixit in quale prædicari. ſolum vt ſignificaret, longè alio modo dici, quam genus & ſpeciem. hoc eſt non ſimpliciter in quid prædicari.

Ariſtotelis.

Ariſtoteles vero illis verbis ſignificat, ad eſſentiam atque ſubſtantiam ſpeciei genus, & differentiam tantum pertinere. vel potius, coniunctam differentiam cum genere, de ſpecie in eo quod quid eſt prædicari. veramque ſubſtantiam & quiditatem ſpeciei genere exprimi ſimul & differentia. Singula namque per ſe partem tantum quiditatis & ſubſtantiæ ſignificant. cuius ſententiæ autor eſt ſeptimo libro topicorum.

Quæ definitio differentiã explicet vt prædicatur.

Animaduertendum tamen eſt, quòd licet multis modis à Porphyrio ex antiquorum Philoſophorum opinione diffiniatur differentia ea quæ à nobis in præſentia expoſita eſt definitio, præ cæteris omnibus ad negotium de dialectica attinet. & vt dicitur vulgo, tertium conſtituit prædicabile. Nam cæteræ omnes aut non inſunt vt propria differentiæ, aut non exprimunt aliquem modum prædi-

candi.

candi. ſecundum quem potiſſimum quinque voces conſiderat dialecticus. Hæc etiā vna (quod eſt proprium & peculiare deſcriptionis) omnia differentiarum genera complectitur. atque eadē diſtinguitur differentia, à cæteris vocibus. nam quòd prædicatur de pluribus differt ab indiuiduo. quòd de differētibus ſpecie, ab ſpecie. quòd in quale à genere. quòd in quale quid à proprio atque accidenti, quæ in quale ſimpliciter & abſolutè prædicantur.

Laudes deſcriptionis.

Quod ſi Porphyrius vellet huic differentiæ deſcriptioni eas laudes adiungere, quæ ad veram diffinitionem pertinent, quemadmodum in capite de genere ab eodem factum eſt, nihil inquam illam continere, aut minus aut redundans, optime quidem potuiſſet.

Contra definitionē differentiæ diſputatur.

Sed obijciet fortaſſe quiſpiam huiuſmodi differentiæ deſcriptionem, non omnino exactam eſſe atque perfectam, ſed potius aliqua ex parte deficere.

Prima obiectio.

Non enim videtur omnia differentiarum genera complecti. Nam infima ſpecies non minus quàm intermediæ in formarum numero habetur, conſtat enim quemadmodum cæteræ omnes genere atque differentia, ſed eius differentia cum ſpecie conuertitur. ſpecies autem atoma & indiuidua de pluribus tātum numero differentibus prædicatur, ergo & eiuſdem differentia.

De pluribus differentibus ſpecie.

Porphyrius autem dicit omnem differentiam, prædicari de pluribus, ſpecie differentibus ergo miſſam facit infimæ ſpeciei differentiam. quod ſi verum eſt, eſt autem proculdubio verum. differentiæ deſcriptio inchoata tantùm erit, abſoluta verò atque perfecta non erit.

Diluitur Obiectio.

Omnis ſpecies cōſtat genere & differentia.

hæc verò obiectio vt diluatur, conſiderandum nobis eſt non ſolum ex phyloſophi ſententia ſecundo libro poſteriorum, ſed ratione quoque conuinci, tam infimam ſpeciem quàm intermediam ex genere conſtare, & formarum efficientibus differentijs. quoniam vtrumque genus differētiarum diffinitionem admittit. quæ ex his duobus tanquam ex partibus conficitur.

Differentiæ rerū difficilè agnoſcūtur.

corporis tamen impedimēto in quod anima noſtra concluſa eſt, accidit, vt rerum differentias minimè cognoſcamus. Nam cū per ſenſuum organa, tanquam per feneſtras animi, quæcunq; cognoſcimus deferatur, quia aīa noſtra

tanquam

tanquam compedibus quibuſdam vincta, non ſinitur in rerum naturam intrare, atque vniuſcuiuſque rei verā rationem percipere. hebetatur enim ingenij acies lumenque intellectus conceſſum nobis à natura dei optimi maximi beneficio, quare per ſenſuum obiecta quæ ſunt quidem accidentia veluti manu duci neceſſe eſt ad rerum ſubſtantiam, atque vt ſic loquar, penetralia.

Capitulo primo. libri primi de anima.

Quoniam vt inquit Ariſtoteles, accidentia magnum vſum adferunt ad cognoſcēdum quod quid eſt. Cum ergo nobis corporeis quaſi vinculis impeditis tam ſit curta ſupellex vt exiguum lumen adfulgeat, & à nobis non ſemel opinionum peruerſitate atque morum prauitate extinguatur, efficitur vt nobis paucæ rerum differentiæ veræ quidem atque legitimæ, atque id magno labore & lōga diſquiſitione, cognoſcantur.

Notæ nobis differentiæ.

Sunt autem quæ vulgo circumferuntur differentiæ corporeum, animatum, ſenſitiuum, rationis particeps, & mortale. nam incorporeum inanime, inſenſibile, irrationale, & immortale, cum priuatiua ſint nomina inter veras differentias referre non decet. nam veram & genuinam differentiam cum ſit pars ſpeciei affirmatiuam eſſe neceſſe eſt.

Priuatiuæ differentiæ.

de prioribus autem tanta cōtrouerſia eſt inter phyloſophos vt non defuerint qui dixerint, rationale differentiam, quam plerique omnes, propriam eſſe ferunt, à numero differentiarum eſſe reijciendam. quare cum tanta ſit phyloſophis propriarum differentiarum penuria, coguntur in rebus explicādis pro veris differentijs, ſuppoſititias quaſdam inducere & vel oratione quæ genere, proprioque conſtat, rem notam facere, vel communibus accidentibus, ad propriorum vim atque naturam redactis.

Rodolphus agricola.

quorum ſingula licet ea re quæ diffinitur, ampliora ſint, atque communiora, mutuo complicatu propria reddūtur ſic. aſinum definiunt, animal ſolidis vnguibus auritum & fœcundum. & hominem, animal greſſibile bipes implume, latos vngues habēs & manibus vtēs.

Aſini finitio.

Porphyrius ergo vt vnde abijmus, redeamus, cum intelligeret, nullam eſſe apud phyloſophos differentiam infimam aut vltimam, ſic enim appellat Ariſtoteles, ſecundo libro poſteriorum, differentiam infimæ ſpeciei ſuperuacaneum putauit diffinitionem tradere quæ

differentiam

differentiam vacantem nomine complecteretur. à qua nullus vſus ſpectari poſſet, ad prædicationes conficiēdas. ſi qua enim eſſet nominata differentia quæ de pluribus numero differentibus prædicaretur, rationale maximè eſſet, atqui rationale nō ſolum à Platone pluribus ſpecie differentibus conuenire dicitur. dijs inquam & hominibus, ſicut mortale brutis animantibus & hominibus. ſed ab Ariſtotele quoque cap. quarto primi topicorum. multiſque alijs locis libri ſexti. eas vero dūtaxat differentias complexus eſt definitione quibus nomen poſitum eſt. quod Albertus magnus & poſt eum Caietanus hoc loco ſcribunt.

Rationale. Plato. Ariſtoteles. Albert⁹. Caietan⁹

Eæ autem omnes de pluribus ſpecie differentibus prædicantur. Nam licet verum ſit, quemadmodū propoſito argumento oſtenſum eſt infimam ſpeciem differentiam habere quæ cum ſpecie ipſa conuertitur quoniam illi non eſt poſitū nomen ſecundum quod de pluribus numero diſtantibus prædicaretur, diffinitione differentiæ non eſt compræhenſa. ſi quis autem putet rationale cum homine conuerti atque de eiſdē prædicari de quibus prædicatur homo facilè quidem poterit propoſitam Porphyrio deſcriptionem differentiæ ea ratione corrigere, differētia eſt quod de pluribus in eo quod quale quid eſt prædicatur.

Correctio finitionis

Secundo aduerſus eandem diffinitionem obijci poſſit, falſum videri quod Porphyrius hoc loco, inquit, ſolā differentiam in eo quod quale quid prædicari. primum. quia contrariū dixit Porphyrius. ca. de genere. ait enim eo loco, differentiam & accidēs in eo quod quale quid prædicari. deinde in cap. de ſubſtantia, ſecundam ſubſtantiam inquit. ſignificare quale quid. quare ab ea ſumetur prædicatio in eo quòd quale quid.

Secunda obiectio quod non prædicet differentia in quale quid. Prima ratio. Secunda ratio.

verum hæc facilè dilui poſſunt. nā quale quid non eadem ſignificatione accipitur omnibus his locis. hoc enim cap. quale quid dicitur quale eſſentiale vel qualitas pertinens ad eſſentiam rei. cuiuſmodi eſt differentia. in cap. de genere quale quid, eſt quale quoddam vel quoduis in cap. de ſubſtātia quale quid eſt quid quale hoc eſt ſubſtantia coniuncta cum aliqua qualitate aut differentia. Secundæ namque ſubſtantiæ hoc modo ſignificant quale quid. homo enim animal ſignificat non quoduis ſed tale, rationale

Soluitur obiectio. Quale q̄d multis modis dicitur.

 videlicet.

videlicet. atque in cæteris ſimili modo. non ergo pugnat ſecum Porphyrius. neq; cum Ariſtotele. verum quæ diximus multò apertius conſtabunt ſi loquēdi ratio qua vtitur Ariſtoteles & Porphyrius loco citato inſpiciatur.

Tertia obiectio.

Tertio videtur falſum eſſe quod inquit, hoc loco Porphyrius. differentiam in eo quod quale quid eſt prædicari, non in eo quod quid eſt. pugnat namque cum Ariſtotele cap. II. lib. VII. top. eo enim loco ſcribit genus & differentiam prædicari in eo quod quid, verum ſi rectè rem conſideremus planè. comperiemus non pugnare Porphyrium cum Ariſtotele. Ariſto. nanque illis verbis ſolum ſignificat genus & differentiam ſecundū eſſentiā prædicari. & pertinere ad faciendum diffinitionē ſpeciei. quod ſanè verū eſt. nunquā autē interrogāti quid res ſit adhiberi ſolet differentia. Sed rogāti quale quid res ſit. antea tamē quā hinc diſcedā lector mihi admonēdus eſt rationale trifariam à philoſophis vſurpari, aut enim ſignificat aptum ad vtendum ratione aut quod dexteritate quadā ad ratiocinandum eſt præditum. aut partem hominis. cuius cauſa ille ratione vtitur. prima ſignificatione proprium eſt. ſecunda verò accidens de ſecunda ſpecie qualitatis. poſtrema eſt differentia. & quidem cū vnus homo rationalis altero magis dicitur rationale ſecunda ſignificatione vſurpatur. quaſi dicas eſt vnus homo magis aptus ad vtendum ratione quàm alter. eſt autem differentia pars ſpeciei non quidem integralis ſed ſubſtantialis hoc eſt expectans ad ſubſtantiam rei. nempe ad diffinitionē. cuius conſideratio logica eſt. Mortale verò vt id etiam obiter admoneam reuera non eſt differentia. niſi ea vtatur Porphyrius vice alterius, propter penuriā. ratio ea eſt quia differentia Porphyrio authore in præſenti cap. addita generi perficit ſpeciem. at mortale dicit imperfectionem. nam poteſtas ab actu perficitur vt actus ab obiecto. poteſtatis autē mortalis actus eſt mors quæ. III. ethico. omniū terribiliū maximū eſt. nō eſt ergo eſſentialis differētia. vt ait Porphyrius. poſtremo quod Porphyrius ait angelos eſſe rationales accipit à Platone cuius fuit admodū ſtudioſus. Sed contra hoc eſt argumentum, quia ſi angeli eſſent rationales.

Rationale tribus modis vſurpatur.

Vnus homo qua ſignificatione dicatur magis rationalis altero.

Mortale ſit ne vera differētia, nec ne.

Ratio.

Angeli quo ſenſu rationales dicantur.

tionales. eſſent etiam animalia. atque ex conſequenti corporei. nā de quibus differentia quæ diuidit genus dicitur. etiam ipſum genus dicitur conſequēs autē videtur eſſe falſum ergo āgeli nullo pacto rationales putari poſſunt. dicendum eſt quòd Plato angelos fingebat animalia & corpore præditos arbitrabatur quam ſententiam multi antiquorum theologorum tenuerunt. quamquam falſa omnino ſit. quare re vera angeli cenſeri rationales non debent ſiue rationale partem ſignificet ſiue quod deducit vnum ex altero. non ſunt enim angeli compoſiti neque ad res pernoſcendas vlla ratiocinatione aut ſyllogiſmo vtantur.

Obijcitur.

Quod angeli non poßint dici rationales.

Origenes.

Tertio modo antiqui philoſophi poſteriores Ariſtotele differentiam ita deſcripſerunt, differentia eſt, quod eſt natum diuidere ea, quæ ſub eodem genere ſunt poſita. Nam rationis compos & expers rationis diuidunt atque diſtingunt hominem ab equo quorum vterque poſitus eſt ſub eodem genere puta ſub animali. homo enim animal eſt rationale, & equus irrationale animal.

Tertia definitio differentiæ.

Aſsignant & hoc modo, differentia eſt qua differunt à ſe ſingula. id eſt qua mutuo diſtinguntur & ſeparantur ſpecies. nam cū homo & equus inuicem diſtinguantur, nec id contingat ſecundum genus, cū ſit vtrumque ſub eodem genere. quod eſt animal. ſumus enim nos & bruta, animalia, neceſſe eſt vt diſtinguantur differētia, rationali inquam. Rurſum nos & dij differimus, id autem non contingit rationali quoniā vtrique ſumus rationis participes mortale ergo differētia nobis adiūcta ab eis nos ſeparat, corrigit ſtatim Porphyrius idque ex ſententia propriorū authorū tertiā deſcriptionē differentiæ dicens, vt quidpiā ſit differētia non eſſe ſatis ſeparare ea quæ ſub eodē genere ſunt poſita quēadmodū inſinuat tertia differētiæ deſcriptio. nā alioqui proprijs cōueniet ratio differētiæ. aptū. n, nauigare, & non aptū nauigare hominē à brutis diſtingunt, quoniā omne animal aut eſt aptū nauigare. hoc eſt nauim regere, aut nō aptū. eſt. n. aptū nauigare hominis propriū, quia nō indicat quid eſſe rei, ſoli autē ineſt, & cōuerſim prædicatur. Nō eſt autem differētia, quia differētia cōducit ad rerū definitiones faciēdas. Vn-

Quarta definitio.

Correctio

Nauigare qđ ſit.

Propria differentiarum.

neceſſarium eſſe ut differentia, hæc duo habeat ut diuidat quæ ſub
eodem genere ſunt poſita & cõducat adeſſe & ſit eius rei quæ de-
finitur pars. Ex quibus verbis manifeſtum eſt quatuor tantum, dif
ferentiæ deſcriptiones traditas eſſe à Porphyrio. nã differentia eius
quod quid eſt pars, id eſt, diffinitionis, non eſt quidẽ deſcriptio, ut

Quot ſint differentiæ finitiones.

maxima pars expoſitorum inquit, ſed dumtaxat ſupplementũ dua
rum priorum deſcriptionum. Vnde concludens diſputationẽ inquit,
ſpecificam differentiam ſolum eam appellari quæ generi addita al
teram facit ſpeciem & tanquam rei pars in diffinitione accipitur.
Alij rurſum differentiam ita diffiniunt, propriam uniuſcuiuſq; rei

Specifica differentia.

notam. à pecudibus ſumpta Metaphora, quibus notæ quædã inurũ
tur, quo melius & facilius Aliæ ab alijs diuidantur, ſed quoniã hæc
diffinitio cum his quæ allatæ ſunt, præſertim cum ea qua dictũ eſt,
differentiam eſſe qua differunt à ſe ſingula, magnam haber affini
tatem, optimè quidem miſſa fieri potuit à Porphyrio. ſi quærat ali

Alia definitio.

quis, quid inter quatuor iſtas aut ſi mauis, quinque differentiæ fini
tiones inter ſit. dicendum eſt. prima finitione aſsignari diſcrimen
inter genus, & ſpeciem. ſecunda. explicatur quid illud ſit de quo dif
ferentia prædicatur. tertia qua ratione diuidat genus. quarta quo
pacto una ſpecies ab altera differat quinta quomodo conſtituat ſpe
ciem omnibus enim his modis differentia conſederatur. Præter

Quæſtiones de differentia.

ea de quibus eſt, à nobis pro viribus diſputatũ. Alia nõnulla in præ
ſentia à moroſis quibuſdam ſcriptoribus in dubium vocari conſue-
uerunt. Atque inter cætera omnia primum controuerſia eſſe ſolet
qui ſint modi quos intrinſecos vocant. Deinde quodnam ſit indiui
dui conſtituendi principium. Tertio unde generis, ſpeciei, ac differẽ

Vnde ſumatur cõceptus generis ſpeciei & differentiæ.

tiæ conceptus deſumantur, poſtremo utrum differentia reſolui poſ
ſit. Sed quoniam iſtarum quæſtionum quædam explicatæ ſunt in
capite de ſpecie. aliæ ad orationem de prædicamentis pertinent, ſo-
lum conuenire videtur præſenti huic inſtituto determinare, & pau
ciſsimis verbis dicere, quæ tertio & quarto loco connumerauimus,
ergo qui conceptum generis aut ſpeciei aut differentiæ à rebus ſin-
gulis, capere velit, in memoriam reuocet, quod non ſemel à nobis di
ctum eſt.

dictum eſt. genus eſſe materiæ per ſimile, differentiam formæ, ſpe
ciem compoſito. Nam ex materia, aut ex eo quod materiæ propor-
tione reſpondet genus ſumendum eſt, ex forma differentia, ex cõ-
poſito ſpecies. verum, ut quod ultimo loco dubitatum eſt ſolutio
nem inueniat, ſcire eſt operepretium conceptionẽ generis, atque ſpe

Concept⁹ reſolubilis.

ciei, vulgo appellari reſolubilem aut cõpoſitã, quoniã ut res aliæ na-
turales aut arte conſtantes ex materia & forma componũtur &
in eaſdem tanquam in partes reſoluuntur, ſic conceptus ſpeciei aut
generis non ſupremi quidẽ ſed intermedij, ex genere & differẽtia
cõponuntur atque in eadẽ tanquã in partes redeunt, conceptus autẽ

Concept⁹ differentiæ.

differentiæ appellatur irreſolubilis & ſimiliter conceptus ſupremo
rũ generũ licet alij aliter opinati ſint, & literarũ monumẽtis ſcri-
ptum reliquerint, tum quòd eorum utrúmque partem ſpeciei ſigni-
ficet, minimè verò aliquod compoſitum. Tũ etiã quia neque genus

Ratio.

neq; differẽtia diffinitionẽ habent. Nã alioquin progrediendum eſ
ſet in infinitũ, cũ enim diffinitio genere & differentia conſtet, ſi
aut genus definiretur aut differentia, proculdubio concedendum eſ

Secunda. Differentia cur nõ participet genus

ſet, eius generis eſſe aliud genus, & differentiæ aliã differentiam.
& cum datum genus aut differentia quẽadmodũ priora definian-
tur èo genere eſſet aliud ſuperius, & ea differtia, alia communior
atque ita tandem perpetuo procederemus. quod eſt ab omni ratio
ne alienum. atque hinc eſt quod differentia genus minimè partici-
pat, hoc eſt, nullius generis ſuccipit rationem. non enim rectè dici-

Ariſtoteles.

tur rationale eſſe corpus aut animal. neque ſubſtantia animata ſen
ſiua. cum generi intermedio, ſpeciei infimæ atquæ indiuiduis con-
ueniat quidem ſuperiora participare. cuius ſententiæ Ariſtoteles
auctor eſt, ſecundo cap. IIII. topicorum his verbis, non videtur par
ticipare differẽtia genus, omne. n. quod participat genus. aut ſpe-
cies eſt, aut indiuiduũ. idem quoque teſtatur cap. III. ſexti libri, ſic
exorſus. rurſum ſi prædicatur genus de differẽtia. Item Paulo infe
rius cum inquit, ſimiliter inſpiciẽdum ſi ſpecies aut aliquid inferio-
rum ſpecie de differentia prædicatur.

Qui vſus capiãtur

Quod ſi rectè perſpecta ſit natura differentiarũ profectò mul-

tas nobis

ex diſſerentiæ cognitione.

tas nobis commoditates adferet. Principio enim ad diffinitiones faciendas plurimum conducit. quoniã omnis diffinitio ex genere & formarum efficientibus differentijs fit. deinde ad diſtinctionẽ formarũ pertinet. diuidit enim differẽtia genus vt Porphyrius, inquit & ſeparat ea quæ ſub eodem genere poſita ſunt. demum ad diſtinguẽda themata affinia maximè prodeſt. differt enim liberalitas à prodigalitate quoniã hæc eſt non obſeruato tempore neque loco, illa hæc obſeruat. qua autem ratione inueſtiganda ſit cap. vltimo lib. primi top. dicendum eſt.

¶ *Argumentum capitis de proprio.*

IN præſentia Porphyrius proprium quod ad philoſophos pertinet explanare contendens, ſuperioris præcepti memor, quatuor eiuſdem ſignificationes recenſet, ex monumentis veterum repetitas. Atque ita inquit.

¶ Caput quartum de proprio.

PRoprium verò quadrifariam diuidunt. Nam & id quod ſoli alicui ſpeciei accidit, etſi non omni, proprium dicitur: vt homini, medicum eſſe, vel geometram. Et quod omni accidit: etſi nõ ſoli: quemadmodum homini, eſſe bipedem. Et quod ſoli, & omni, & aliquãdo: vt homini in ſenectute caneſcere. Et quod ſoli, & omni, & ſemper: quemadmodum homini, eſſe riſibilem. Nã etſi non ſemper rideat, tamẽ riſibilis dicitur, nõ quòd rideat ſemper, ſed quòd aptus natus ſit vt rideat: hoc autem ei ſemper naturale eſt, vt & equo hinnibile. Hæc autem dicuntur verè pro-

pria,

pria, quoniam conuertũtur. Quicquid enim eſt equus, hinnibile eſt: & quicq̃d hinnibile, equus

Cur ꝓprium differat de ꝓprio q̃ accidenti.

CVm hucuſque de genere & differentia, quæ ſpeciem abſoluũt, ac præterea de ſpecie ipſa actum ſit, reſtat vt de proprio, atque accidenti agamus vt ſuccepta de quinque vocibus diſputatio abſoluta ſit, atque perfecta. ſed cum proprium magis cõiunctum ſit ſpeciei, quam accidens ab eius enim principijs dimanat, & conuerſim ac neceſſario de ſpecie prædicatur, de eodem orationem habere priuſquam de accidenti Porphyrius inſtituit. refert autem quatuor proprij vſus. quos, vt cætera fermè omnia, ab Ariſtotele accepit. Principio proprium appellari inquit, quod conuenit ſoli, ſed non omni. hoc eſt quod ineſt vni tantum ſpeciei, non tamen omnibus indiuiduis ea ſpecie contentis vt grammaticum eſſe, & geametrã. hæc enim ſoli inſunt homini, cum præter hominẽ nemo poſſit, aut grammaticam, aut geometriam diſcere. Multi tamen ex hominibus exiſtunt prorſus rudes grammaticæ & geometriæ. Grammaticum verò & geometram non conſideramus in præſenti loco ſecundum facultatem, ſed ſecundum actionem. nam facultates ſuccipiendi has diſciplinas ad ea quæ ſunt quarto modo propria referuntur.

Quatuor vſus proprij.

A quo iſta ceperit porphirius.

Primo modo ꝓpriũ.

Quomodo iſta nomina accipiantur.

Secundo modo proprium.

Secundo modo proprium vocat quod cum omni inſit, non ineſt ſoli, vt eſſe bipidem. ineſt enim hoc natura omni homini, ſoli vero minime. cum præter hominem plurima reperiantur animalia bipeda. Huiuſmodi autem proprium appellat Ariſtoteles cap. tertio quinti libri topicorum proprium ſecundum naturam. nam niſi ſic conſideretur non inerit omni homini. cum ſint inter homines non pauci qui duos pedes non habent. quod idem ibidem admonet his verbis. Si quod natura ineſt volens aſſignare, hoc modo ponit ſecundum locutionem, vt quod ſemper ineſt ſignificet, videbitur moueri poſſe quod poſitum eſt. vt quia qui dixit hominis proprium bipes. vult quidem quod natura ineſt aſſignare. ſignificat autem locutione, quod ſemper ineſt. non erit hominis proprium bipes. nam non omnis homo duos pedes habet.

Propriũ ſecundũ naturã.

Ariſtoteles.

Tertio modo proprium

Tertio modo ꝓpriũ.

appellant

appellant, quod cum omni & ſoli inſit non ineſt ſemper. vt caneſ-
cere. hoc enim & ſingulis hominibus ineſt & ſolis. non tamē ſem
per ſed aliquando, ætate inquam maturiori, vt Ariſtoteles eſt au-
Obiectio. thor cap. IIII. lib. V. de generatione animalium, & ſeſt. prob. X.
q. LXII. nam quod c. V. lib. V. de gene. animalium, inquit, equum
videri caneſcere. non omnino Sed quadam ſimilitudine eidem con
Quarto modo. uenire refert. Quarto modo proprium dicunt quod omni & ſoli &
pro quolibet tēpore ineſt quæ verò quarto modo propria ſunt Por-
phyrius conuerti cum ſpecie, inquit. hæc Cicero reciproca vocat. &
Reciproca. retro cōmeantia. Si quis verò obijciat . inquit Porphyrius . riſibile
non ſemper ineſſe homini, cum nō ſemper rideat, reſponde, etiam
ſi non ſemper homo rideat, nil confici abſurdi aduerſus noſtrā opi-
nionem quoniam nos quod eſt quarto modo Proprium non conſi-
Obiectio deramus ſecundum actionem ſed ſecundum facultatem & poten
Diluitur tiam. potentia verò ridendi ſemper homini adeſt, etiam ſi ἀγέλας
Heraclitus. τος ſit, vt Heraclitus Illechius. Quo loco Rodolphus Agricola
vir alioqui diligentiſſimus increpatione dignus eſſe videtur qui pri-
Carpitur Rodolphus. mo libro de inuentione diſſerens de differentia, ſimilem illam pro-
prio facit. cum enim proprium ſecundum potentiam conſideretur
differentia verò ſecundum actionem. eſt enim forma rei, magno in
uicem interuallo ſeparantur. cōfert poſtremo Porphyrius quatuor
Conferū= prædicta propriorum genera, inquiens, quarto modo appellatū pro
tur vſus prium verè proprium eſſe. quoniam cum eo cuius ponitur proprium
proprij. viciſſim retro cōmeat. Nam vt omnis homo aptus eſt ad ridēdum,
ſic quod aptum eſt ad ridendum homo eſt. Hæc igitur propriſſima
eſt ſignificatio proprij. Proprium enim logicum, nullum recte dice
Tria pro- tur niſi quod cum re cuius proprium eſt conuertitur, nullique alte-
prij ge ri ineſt. reliqua genera proprij inter accidentia connumerantur ab
nera ſunt Ariſtotele primo libro topicorum. atque ita præcipit, eiſdem omni-
accidētia no argumentis conſtruenda & deſtruenda eſſe horum propriorū
Ab ariſto problemata, quibus quæſtiones accidentis. Hos tamen omnes pro-
tele hæc prij intellectus (vt in ſumma dicā) Ariſtoteles tradit quarto cap.
cœpit Por primi libri topicorū præterea etiam primo cap. quinti libri, vbi pri-
phyrius.

mo &

mo & tertio modo propria appellat ille aliquando propria. ſecundo
modo proprium. vt eſſe bipedem. interdum proprium ad alterum,
interdum autem ſecundum naturam. At quarto modo proprium
nunc proprij nomine ſignificat, nunc ſimpliciter, abſolute. aut per
ſe proprium. quod vt à diffinitione ſeiungeret, quæ proprij quoque
nomine cenſetur, proprium definit. quod non indicat quid eſt eſſe *Porphy=*
rei, ſoli autem ineſt & conuerſim prædicatur. Hoc autem cuiuſmo *rij finitio*
do memini proprium per ſe aut ſimpliciter. Secundo cap. quinti li- *Propriū*
bri topicorum in duo membra ab Ariſtotele diſtribuitur. Eſt enim *per ſe du*
alterum proprium incomplexum, vt riſibile hinnibile, & horum ſi *plex.*
milia. Alterum complexum quod quinto topicorum orationem ap
pellat, quod cum deſcriptione aut definitione conuertitur. Nam
cap. tertio ſexti topicorum vt plurimum proprium in complexione
aſſignatur. atque ideo in eo; quemadmodum in deſcriptione colloca
tur genus, & communia quædam accidentia redacta ad naturam
proprij. vt animal ſuſceptiuum diſciplinæ. cuiuſmodi proprium fre-
quenter incidit in eum ſermonem, quem quinto topicorum Ariſto
teles habet de proprio.

Sunt qui Porphyrium incuſſent quòd eſſe bipedem proprium aſ *Obiectio*
ſignet hominis cum Ariſtoteles. cap. tertio prædicamentorum &
quarto cap. libri de interpretatione eſſentialem dicat eſſe differen-
tiam. verum fortaſſe Ariſtoteles penuria vocabuli (vt ſæpe fit ea *Secunda*
voce vſus eſt pro differentia non quidem logica. Sed naturæ. Alij *obiectio.*
non ſatis contenti ea ſignificatione proprij quod quarto modo dici
tur Porphyrium reprehendunt quòd dicturus de proprio ad diale-
cticam pertinenti, nullam eidem deſcriptionem aſſignarit, qua pro
prium id genus explicetur. atque ideo exiſtimant de proprio inſuf-
ficienter eſſe diſputatum. quorum authorū opinio atque ſentētia
non ſatis mihi arridet. Nam ſi rem pœnitus inſpicerent, neque ſtu
dio reprehendendi ducerentur, proculdubio intelligerent. indignū *Soluitur.*
eſſe Porphyrium: quem hoc nomine reprehendant, quippe qui poſt
connumeratas quatuor proprij intelligentias, veluti appendicem ad
didit, quarto modo vocatum proprium philoſophici eſſe inſtituti.

M v quia

quia præter hoc quod omni & ſoli & ſemper in eſt, cōuerſim prædicatur de re.cuius poſitum eſt proprium . His autem verbis planè innuitur, affectio quædam dialectica.cum dicat prædicari.eiſdem preterea verbis diſcernitur proprium à reliquis vocibus. cum nulla aliarum vocum conuerſim prædicetur de ſubiecto.Nam neque genus cum ſpecie conuertitur de qua prædicatur, neque ſpecies cum indiuiduis, neque differentia cum ſpecie de qua prædicatur, cum ſit eadem amplior, vt oſtenſum eſt.neque tandem accidens cum ſubiecto.quòd ſi Porphyriana hac deſcriptione non ſatiſfactum eſſe horum hominum criminationibus & quærellis quiſpiā exiſtimat vtatur proprij deſcriptione ea qua princeps philoſophorum vſus eſt

Alia finitio ꝓprij ex Ariſtotele.

Ariſtoteles cap.quarto primi topicorum quæ ſic habet. propriū eſt quod non indicat quid eſt eſſe rei, ſoli autem ineſt , & conuerſim prædicatur. qua proprium quod ad logicam attinet explicatur & à cæteris vocibus differt. Nam quòd non indicat quid eſt eſſe rei à diffinitione diſtinguitur.quæ ſignificat quid eſt eſſe rei, cæteris autem partibus à reliquis vocibus differt . huc enim ſpectat quod ad calcem huius capitis dixit Porphyrius. aut ſi mauis, dic proprium

Tertia finitio.

quarto modo illud eſſe quod de multis prædicatur conuerſim & ſecundum accidens ac neceſſario.hæc enim proprij deſcriptio eius eſt propria, & quòd de pluribus prædicatur, ab indiuiduo differt quòd ſecundum accidens à genere & ſpecie, à differētia autem quòd in quale ſimpliciter prædicatur, ab accidenti quia ſemper cum re cuius eſt proprium conuertitur.quod non ineſt accidentibus. Dictū tamen eſt proprium de pluribus prædicari confuſè ac ſine vllo modo, vt ita omnia propriorū genera cōprehēderemus, tā attoma, vltimaue quā ſubalterna.

Duæ partes ꝓprij.

Sunt enim duæ iſtæ partes proprij. Nā ſicut quælibet ſpecies cōſtituentē differentiā habet, ita quoque ſingulæ ſiue indiuiduæ ſint ſiue intermediæ habent proprium . quēadmodū verò labor eſt, differentias cognoſcere, ita quoque nō facilè reperire licet ſingularū formarū propria, quia vere legitimeque appellatum propriū ab ſpeciei principijs, genere inquam & differentia dimanat, vt alibi dicemus.Genus autē & differentiā nō eſt mediocris labor inuenire.

inuenire.Amplius ſicut differentia infimæ ſpeciei de pluribus numero diſsimilibus dicitur, quia cū ſpecie infima cuius eſt pars conuertitur, differētia verò ſpeciei intermediæ vt mortale & ſenſitiuū, nō minus quā ſpecies ipſæ prædicātur de pluribus differentibus ſpecie, ita me Hercle exiſtimare par eſt infimæ ſpeciei propriū, vt riſibile, hinnibile de pluribus prædicari numero tātum diſtantibus. Subalternū verò propriū, vt natū ſentire, & ex anima & corpore eſſe cōpoſitū.vt quinto libro topicorū Ariſtoteles refert. de pluribus ſpecie differētibus prædicātur.nā de animali & de his de quibus animal dicitur. Quare vt vno eodemq; nomine vtrumq; genus proprij cōplecteremur, placuit infinitè dicere. Proprium eſſe, quod prædicatur de pluribus.

Quæſtio. Vtrum ſit aliquod ꝓpriū ſubalternū.

Dicet fortaſſe quiſpiā fruſtra à nobis id factū fuiſſe, cū nullū reperiatur propriū ſubalternū. adductus potiſsimū in eā ſententiā Porphyrij verbis, qui in ſermone de genere. Propriū à genere diſtinguens, id inter vtrumq; intereſſe dicit, quòd genus pluribus formis conuenit. Propriū verò in vna tantū ſpectatur ſpecie, cuius eſt propriū. atq; in eiuſdē ſpeciei indiuiduis.

Diluitur

Huic obiectioni facilè occurritur ſi dicamus vnius ſpeciei nomine ſignificatā eſſe à Porphyrio non ſolū indiuiduā ſpeciem, ſed etiā ſubalternā, vtraque.n.nomine ſpecie cēſetur .. quòd ſi quis reſpōſionē hāc cupit

Vrget.

refellere tū quòd ſi nomine ſpeciei, ſubalterna ſpecies etiā eo loco ſignificaretur inſufficienter quidē aſsignatū eſſet diſſerimē inter genus & propriū. Nā vt genus ſic quoque propriū ſubalternū plures habet ſpecies..

Prima ratio.

Tum etiam quia exemplo rem docens Porphyrius atomi atque indiuidui proprij mentionem facit .

Secunda Soluitur.

huic facilè ſatiſfacere poſsimus, principio vero pro comperto habendum eſt , reperiri proprium ſubalternum quod non tantum ea ratione conuincitur,

Quod ſit ꝓprium . ſub alternum ſecundo probatur.

quod proprium. vt dicemus, ex principijs ſpeciei ortum habet, & genus ſubalternum ſpecies eſt, ſed etiam Ariſtotelis ſententia , ſecundo capite, quinti lib.topicorum , quo loco aptum ſentire & ex anima & corpore eſſe compoſitum, animalis propria eſſe teſtatur. Quare crediderim Porphyriū non meminiſſe proprij ſubalterni de genere agēs, nō quod ſenſerit, nullū eſſe tale propriū; ſed quod intelligeret, non facilè reperiri, ergo cum pauca ſint, propria intermedia,

interea.

interea & genus non aſsignauit differentiam cum intelligeret nō

Soluitur.

poſſe quempiam decipi. ſimilitudine vtriuſque, quia cum omnis deceptio propter ſimilitudinē accidat, vt dixit Ariſtoteles. ibi cōueniens eſt perſequi differentiam, vbi nos potuit fallere ſimilitudo. quòd ſi hac parte conuenire videantur proprium intermedium & genus, multis magniſque alijs interuallis, ſeparari comperiet, qui aliquantulum animum aduerterit. quod verò mihi multò magis probatur, Porphyrius cum inquit proprium differre à genere quòd genus

Noſtra ſentētia.

plures complectatur ſpecies proprium vnam tantum, non negauit eſſe aliquod propriū ſubalternū, quia illud ſic eſt ſubalterni

Ratio.

proprium vt nullo pactò ei conueniat qua genus eſt ſiquidem genus vt genus eſt verè proprium non habet. quod effluat ex genere & differentia. nullam enim differentiam genus qua genus eſt conſtituētem habet ſed ſolum ei conuenit quatenus eſt ſpecies, & propriū à genere differt quòd genus de pluribus dicitur quorum omniū eſt genus. Proprium verò tametſi de pluribus dicatur vt proprium quidem non dicitur, niſi de vna ſpecie, cuius eſt propriū, ſiue illa ſubalterna ſit ſiue infima. oportet enim vt conuerſim prædicetur de eo cuius eſt proprium. Ne autem quiſpiam putaret proprium conuenire ſubalterno vt genus eſt, tantum aſsignauit Porphyrius in cap. de genere exemplum proprij quod conuenit infimæ ſpeciei, meminiſſe tamen opus eſt, nullum eſſe ſupremum proprium aut generis ſupremi. habent illa quidem, ſuprema. inquam genera, propria quædā extraria. quibus inuicem diſtinguūtur, vt ſubſtantia quòd cum ſit vna & eadem numero contrariorum ſit ſucceptiua. Quantitas, quòd ſecūdum eam aliquid dicatur æquale vel in æquale. qualitas, quòd ſuſcipere poſsit magis & minus. Et in cæteris ſimili modo, vt in explanatione ſingulorum prædicamentorum admonuimus. Propriū verò de quo in præſentia eſt ſermo quod per ſe, ſimpliciter atq; intrinſice ineſt ſubiecto in nullo ſupremo genere reperitur. Nam quod ſic eſt propriū proficiſcitur à genere & differentia, quibus vt Paulo ante docuimus omnino vacant prima genera. quoniam propria propenſionem ſignificant, quæ nunc naturalis inclinatio,

nunc

nunc aptitudo, nunc etiam proprietas ſpeciei dicitur. hæc verò ab ſpeciei principijs dimanat. quam primum enim animali. compos rationis additur, atque ex vtriuſque complexu ſit homo, continuo habilitas quædam ſimul ab vtroque effluit, qua homo aptus perhibetur ad ridendum, flendum. ac ſuccipiendum diſciplinam. nihil enim vetat vnius atque eiuſdem ſpeciei plura eſſe propria. quod Ariſtoteles ſecundo cap. quinti topicorum docet, his verbis. deinde deſtruēti quidem. ſi plura propria aſsignat eiuſdem, non determinās quod plura ponit, non erit benè poſitum proprium. quia qui dixit, propriū ignis tenuiſsimum & leuiſsimum, plura aſsignauit propria. vtrumque enim de ſolo igne verum eſt dicere. non erit benè poſitum ignis proprium. corpus ſubtiliſsimum & leuiſsimū. ſignificat ergo. vnius atque eiuſdem rei plura eſſe poſſe, errare tamen, qui cum plura ponant, non ſignificant ſe plura ponere.

Propria quarto modo pro pēſionem ſignificant. Vnde proprium oriatur. Vnius ſpeciei multa ꝓpria eſſe poſſunt.

quod ſi alijs quibuſdam locis vt quarto & quinto capite eiuſdem libri teſtari videtur, fieri non poſſe, vt duo ſint vnius atque eiuſdem propria, hoc fortaſſe accipiē-

Obiectio Soluitur.

dum eſt de his quæ ſunt oppoſita. cum in eodem oppoſita reperiri ſimul non poſsint. Quare cum propria dimanēt, ex partibus orationis indicantis quid eſt, & genera ſuprema definiri non poſsint. dubium non eſt, quin eadem expertia ſint talis proprij. Præterea cum naſcantur propria (vt dixi) ex partibus definitionis non ineptè Porphyrius in capite de ſpecie, & in communibus & differentijs quinque vocum, & Ariſtoteles quinto Topicorum ferunt. propria conſequi totam ſpeciem, cuius ſunt propria. atque ex æquo in ſingulis indiuiduis eius ſpeciei, ſpectari.

Propria cōſequuntur ſpeciem.

Nam quilibet ſingulorum hominū æque vt alius dicitur aptus ad ridendum, flendum & ſuccipiendum diſciplinas. Non quidem quà indiuiduus eſt. Ariſtotele auctore capite tertio quinti Topicorum. ſed ſecundum quod ſuccipit ſubiecti rationem. cui aſsignatum eſt proprium. Nam ſi non eſt proprium cuiuſque eorum ſecundum illud, cuius proprium aſsignatum eſt, nō erit proprium quod poſitum eſt eſſe proprium. quare prædicationem hanc. Socrates eſt ſucceptiuus diſciplinæ, nemo proprij dixerit, quia tametſi quod prædicatur ſit proprium non eſt ſubiecti proprium,

Propriū non ineſt īdiuiduo vt ꝓpriū ſed ſpeciei.

Neceſſa-

Neceſſarium autem eſt vt ſit ſubiecti proprium. ſed quoniam ſucceptiuum diſciplinæ de homine prædicatur, & homo de Socrate, ſucceptiuum diſciplinæ de Socrate prædicatur. Atque ideo Socrates eſt ſuſceptiuus diſciplinæ, eodemque modo cæterorum hominũ ſinguli. Quod ſi repeniuntur quidam, alijs longe doctiores, aut qui magis in cachinos diſſoluantur, qualis fuiſſe fertur Democritus ille abderites, id accidere putandum non eſt quod alter altero minus ſit diſciplinæ ſucceptiuus, aut riſibilis natura magis, ratione ſpeciei. æqualiter enim ineſt ſingulis indiuiduis poteſtas ſuccipiendi diſciplinas. Sed id euenit ex praua aut proba corporis diſpoſitione. Cuius atque animæ huiuſmodi omnes affectus communes ſunt. Cum enim tanta ſit animæ cum corpore familiaritas accidere neceſſe eſt vt mens ipſa in corpore habitans vt in domicilio, plæraſque corporis induat conditiones, multaque ab eodem capiat incommoda mollio res enim carne aptiores mente putat Ariſtot. XII. de anima.

Propriũ utrum di catur ſecundum magis & minus di catur.

Dubitant hoc loco, atque in ea re magnopere digladiantur plerique, vtrum propria paſſio de qua ſermo in præſentia eſt reperiri poſſit à ſubiecto ſeiuncta. aut vtrum ſpecies ſine proprio exiſtere vlla poſſit. cuius quæſtionis altera pars, prior inquam, obſcura nõ eſt quia paſſio de genere accidentium eſt, fieri autem non poteſt vt exiſtat accidens abſque ſubiecto. in altera verò huius quæſtionis parte ſi aliquantulum animum aduertas, tantam reperies opinionum varietatem, vt non ſit ſatis intelligere cui credas. ſunt enim nõnulli qui aiunt eam propenſionem à ſubiecto re eſſe diſtinctam. Alij ne id fateantur, ferunt formaliter ſeparari. nec defuerunt qui dicerent tantum ratione differre. quod ſi rem ipſam altius excutiamus rationéque verſemus, proculdubio intelligemus nihil hos auctores, ſententijs, réque ipſa diſcrepare. inter quos D. Thomas, qui propriũ (inquit) reipſa diſtingui ab ſpecie, aptius locutus fuiſſe videtur. non quod per ſe proprium liceat reperire, cum ſit accidens aut quod ſpecies vſpiam proprio vacet. quod eam neceſſario conſequitur. ſed quia longè alia ratio eſt proprij, quam ſpeciei, atque id ſuapte natura. Alia quoque nonnulla, hoc in loco vocari in dubiũ conſueuerũt, ſed quo-

Quæſtio Vtrũ paſſio diſtinguatur a ſubiecto.

Prima ſẽtentia. Secunda Tertia opinio. componũtur ſententiæ.

ſed quoniam ea omnia aut infrugifera ſunt aut ab hoc propoſito aliena miſſa facere libet, quia de proprio dictum eſt ſatis.

¶ *Argumentum capitis de accidenti.*

ABſoluta quatuor vocum expoſitione, Generis inquam, ſpeciei, differentiæ, & proprij de accidenti dicere Porphyrius inſtituit, cuius in præſentia tres affert deſcriptiones a veteribus hominibus, vt initio huius libri pollicitus fuerat acceptas. quoniã verò omnes ad hanc rẽ pertinẽt, nulla reijcitur, tanquã ab inſtituto negotio aliena.

¶ Caput quintũ de accidenti.

ACcidens eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ. Diuiditur autem in duo: in Separabile, & in Inſeparabile. Separabile enĩ accidens eſt, dormire: nigrum verò eſſe inſeparabiliter coruo, & Aethiopi accidit. Poteſt autẽ ſubintelligi & coruus albus, & Aethiops nitens candore, præter ſubiecti corruptionem. Definitur autem ſic quoque: Accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe, vel non ineſſe. Et quod neque genus eſt, neque differentia, neque ſpecies, neque proprium: ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Omnibus igitur determinatis, quæ propoſita ſunt (dico autem genere, ſpecies, differentia, proprio, accidente) dicẽdum eſt quę ſint ipſis communia, & quæ propria.

Priuſquam

Priuſquam ad explanationem harum deſcriptionum, quæ ex antiquorum philoſophorum opinione de accidenti referuntur à Porphyrio, orationem referamus animaduertendum eſt, Accidēs à philoſophis trifariam vſurpari interdum accidens appellant, quod conuenit alteri, etiam ſi id contingat, ſecundum eſſentiam.

Accidēs tribus modis vſurpatur.

Primus vſus.

qua ſignificatione ſpecifica differentia inter accidentia connumerari ſolet, quia aduenit generi. vt æquilaterum triangulo. Interdum accidentis nomine, ſignificatur forma ſubiecto inhærens, cum quo non facit vnum ſimpliciter, ſed tantum per accidens. Tertio communis forma accidentaria, quæ ex principijs indiuidui ortū habet. In præſentia ergo de eo accidenti ſermo eſt, quod tertio loco commemorauimus: nam in duabus prioribus intelligentijs, ſi vtamur accidenti, minimè quidem differt à reliquis vocibus ſed propriū & differentiā complectitur.

Secūdus vſus.

Tertius vſus.

Hoc primum ita definit Porphyrius ex Ariſtotelis ſententia cap. quarto primi libri topicorum. quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. In qua definitione adeſſe, & abeſſe non ſunt ſimul accipienda. quoniam fieri non poteſt vt vnum idemque accidens quando rei adeſt, ab eadem abſit.

Prima deſcriptio accidētis.

Hoc duplici genere continetur eſt enim alterū ſeparabile. alterum inſeparabile. quorū vtriuſque deſcriptionem cum intelligeret alterius eſſe contemplationis miſſam fecit Porphyrius. horum enim exactior conſideratio ad primam philoſophiam pertinet.

Adeſſe & abeſſe

Duplex accidens.

Cur prætermiſit definitionem ſeparabilis & inſeparabilis accidentis.

atque ideo ſatis eſſe putauit, ſi his, qui nunc primum dialecticæ iniciantur, vtriuſque partis accidētis exemplum exhiberet. Dormire enim (inquit) ſeparabile accidēs eſt, quia qui dormit experrectus dormire deſinit. Calidū quoq; & frigidum ſeparabilia ſunt accidentia, quia iſtorum facilis eſt tranſmutatio, atque abiectio. Nigrum verò ſi vt adeſt coruo conſiderentur, inſeparabile accidens exiſtimandum eſt, quia fieri nō poteſt vt coruus qui ſemel nigrore infectus eſt, illum abijciat, quemadmodū nec cygnus alborem. Sed quia videbat Porphyrius his auditis poſſe quempiam obijcere, nullum eſſe inſeparabile accidens, cum omne accidens definitum ſit. quod adeſt, atque abeſt ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, exorituræ dubitationi occurrit, inquiens. etiā

Obiectio

ſi dictum

ſi dictum ſit nigrum ita coruo adeſſe, vt ab eo ſeparari non poſſit, id nil impedire. cur nigror in coruo non dicatur accidens.

Soluitur.

nam accidens ſic vocatum eſt, non quòd re vera cerni poſſit ſeiunctum à ſubiecto, ſed quod rei accidat ita, vt intelligi perfectè & ſecundū ſubſtantiam res poſſit, ſine accidenti. intellectu verò ſeparari vnum ab altero nihil aliud eſt quàm eius naturam percipi atque intelligi à nobis poſſe perfectè altero prætermiſſo.

Accidēs quare definiatur.

Secundo modo ita definitur accidens. quod contingit eidem ineſſe & non ineſſe. Quam deſcriptionem accepit quoque ab Ariſtotele Porphyrius primo capite quarti libri topicorum.

Secunda deſcriptio.

Eſt autem hæc priore aliquantulo melior, nam præterquam quòd priorem corrigit, planiorem, appertioremque reddit accidentis naturam, congruitque optime vtrique accidentum generi. In ea enim collocatum eſt hoc verbum contingit, quod manifeſtam explicat ſucceſſionem, quæ in priore deſcriptione latentius exprimebatur. Dictum eſt etiam ineſſe & non ineſſe quæ verba multo apertiora ſunt quàm adeſſe atque abeſſe & ambiguitatem adimunt quæ in prioribus verbis latebat. Verum in hac accidentis deſcriptione contingit, pro poſſibili vſurpatur. qua ſignificatione accipitur ab Ariſtotele cap. III. lib. I. de priori reſolutione. qua intelligentia plana atque aperta redditur finitio accidentis.

Neque duabus his contentus deſcriptionibus accidentis tertiā ſubiungit, quam vti priores duas cœpit Porphyrius ab Ariſtotele quarto capite primi topicorum. ea ſic habet. Accidens eſt, quod neque genus eſt, neque differētia neque ſpecies, neque proprium. ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens.

Tertia deſcriptio.

In qua differentiæ gratia collocantur ille voces, neque eſſe genus neque ſpeciem, neque differentiam, neque proprium. his enim à cæteris vocibus diſtinguitur accidens.

Explanatur deſcriptio.

Sed vt accidentis natura præſtantius atque melius pateſceret, adiectum eſt ſemper accidens in ſubiecto exiſtere. nam proprium maximè Accidentis eſt exiſtere in ſubiecto. quo nomine in ante prædicamentis accidens ab Ariſtotele ſignificatum eſt. Cum inquit in ſubiecto verò dico. &c. Neceſſarium autem fuit huiuſmodi aſſerētem particulam definitioni adijcere, ne ſola negatione deſcriptio

Semper eſt in ſubiecto.

acciden-

accidentis efficeretur quod ferri non poſſe ſecundo cap. ſexti topicorum monet Ariſtoteles. rei enim natura, atque ſubſtantia non poteſt ad amuſſim explicari oratione omnino priuatiua. Hæc enim oratio potius indicat quid res non ſit, quam quid ſit. quòd ſi in deſcriptione accidentis præter quatuor illas voces nil eſſet aliud adiectum quid vetat figmēta animi atque monſtra accidentia putare? ſiquidem nullum horum genus eſt aut differentia aut proprium, aptiſsimè igitur poſt quatuor vocum commemorationem additum eſt ſemper autem eſt in ſubiecto.

Nam accidens ſimplex non eſt vniuſque naturæ, ſed ſunt nouē genera accidentium.

Ariſtoteles primo topicorū. Quæ exiſtunt io definit inne priora eſſe oportet atque notiora.

Admonet autem Ariſtoteles quarto cap. primi topicorum fuiſſe quidem neceſſarium vt reliquarum vocum natura prius exponeretur. quam traderetur huiuſmodi deſcriptio accidentis. poteſt quidem illa ſi pauca immutes congruere generi. ſpeciei differentiæ, atque proprio. Verum cū oporteat. quæ collocantur in definitione omnia priora eſſe atq; notiora definito. perſequi prius neceſſe fuit quatuor voces quam vlli earum aſsignaretur proximè à nobis explicata deſcriptio. quod non potuit commodiori tempore fieri quàm quo factum eſt. Et præterea vt quarto cap. primi topicorum Ariſtoteles teſtatur commemoratarum omnium accidentis deſcriptionum poſtrema hæc lōge cæteris eſt ignobilior, atq; deterior. Nam cæteris omnibus accidēs per ſe cognoſci poteſt, hac niſi prius priores voces cognoſcātur agnoſci nō poteſt.

Quæ iſta rudeſcritionum ſit improba maximè.

Diſputatur cōtra finitionē accidētis.

Aduerſus eā diuiſionē accidentis, quā tradit Porphyrius adduci ſolēt à plæriſque nō ignobiles rationes, quas nos in præſentia ſub cōpēdio perſequi operepretiū ducimus, vt hac quoque parte iuuentutē quæ crebra exercitatione valida cōſueuit diſciplinarū facere incremēta, adiubemus.

Prima ratio quod nullum ſit accidens inſeparabile.

Principio quidē videtur nullū eſſe accidēs inſeparabile, & ex cōſequenti fruſtra, atq; inutiliter diuiſum eſſe accidens in duas partes. Nam qui dicit accidens inſeparabile, dicere videtur non eſſe accidēs. nā accidēs definitū eſt quod cōtingit eidē ineſſe, & non ineſſe. inſeparabile verò accidēs ſic ineſt ſubiecto, vt ab eo diuelli non poſsit nō erit quidem

Secunda

ratio aduerſus eādem ſententiam.

quidē accidēs. Amplius ſi inſeparabile accidēs à ſubiecto diuelli nō poteſt, niſi ſubiecto iniuriā faciamus quo pacto differt à proprio et differentia, quæ id quoque habent cum inſeparabili accidenti commune vt ab ſpecie ſeparari nō poſsint? His tamen rationibus facilè & citra magnum negotium ire obuiam licebit nobis, ſi quæ Paulo ante de accidenti dicta ſunt, in memoriam reuocemus: accidens inquam ſic appellatum eſſe, quod ita ſit extra naturam rei in qua in eſt, vt citra iniuriam, dirimi ab eadem ſaltim cogitatione poſsit. citra iniuriam dico hoc eſt perfecte cognita eius ſubſtantia atque natura. Sed quia accidentium nonnulla non cogitatione modo ſed re ipſa ſeparātur quæ ſunt huiuſmodi ſeparabilia vocata ſunt, quæ verò re vera non dirimuntur à ſubiecto, inſeparabilia. vt eſſe repandum, aut curuum ſi ad naſum referantur accidentia ſunt, quia tametſi naſus ſine his accidentibus à nobis intelligatur, nil eidem irrogatum erit iniuriæ. quia tam ſuſcipit naſi rationem, repandus quā aquilinus. cum aquilinum & repandum inter partes definitionis naſi minimè referantur. Similiter putare conuenit de nigrore in coruo & ethiope.

Soluitur prior obiectio.

Citra iniuriā ſubiecti.

Diſcrimē ſeparabilium atq; inſeparabilium accidentiū.

quoniam verò hac reſponſione priori dubitationi abunde ſatiſfactum eſſe arbitror reſtat dicere, quo pacto accidens præſertim inſeparabile à proprio & differentia diſtinguatur, quod altera pars quæſtionis interrogabat. inter accidens verò inſeparabile, & differentiam diſcrimen manifeſtū eſt. quia cū differētia, altera pars definitionis ſit, nō modo reipſa, ſed ne cogitatione quidē ab ſpecie dirimi poteſt, quēadmodū ex Ariſtotelis ſentētia, quinto libro top. in cōmunibus & differētijs repetit Porphyrius. Nā quā primū ſuſtuleris differentiam, aufertur ſpecies, etenim ſi non ſit rationale non erit homo. ſine accidenti vero quod ſeparari non poteſt, nihil vetat perfecte cognoſci ſpeciē.

Quid differat inter accidens & differentiam.

differt autem à proprio id genus accidēs, quod propriū, vti definitū eſt, ex principijs ſpeciei ortū habet, inſeparabile vero accidēs ex principijs indiuidui. Nā quatuor primarū qualitatū cōmixtionē cōſequitur. quod ſi videmus accidentiū nōnulla vniuerſā aliquā ſpeciē inficere, id inde accidere exiſti

Quomodo differat accidens inſeparabile a proprio

Obiectio

mādum

eſt, quod æqua reperiatur in eius ſpeciei indiuiduis, quatuor actiua
Soluitur.
rum qualitatum temperatura, vt albor in cygnis, nigror in coruis
cogitatione ſeparari. nam hominis quæ explicatur definitione. nõ
conſtat ſicut neque natura hoc eſt ſubſtantia & definitio conſtat
nigrore nihil prohibet ſpeciem cognoſci quamobrem licet propriũ
quemadmodum accidens cum oppoſito accidenti. nempe cum can-
dore. fieri non poteſt vt ſpecies conſideretur cũ contrario. proprij
quia proprium proximè effluit ex principijs ſpeciei. Et habet maxi
mam habitudinem ad ipſius ſpeciei principia.

Inſeparabile poſſit a ſubiecto natura proprio corui.

Amplius aduerſus ſecundam deſcriptionem accidentis, has qui
dem dubitationes inducunt. caluicium accidens eſt. non poteſt ta-
men adeſſe ſine ſubiecti interitu. rurſum immodicus calor, & fri
gus nimium cum ſint accidentia, non poſſunt in ſubiecto ſubſiſte-
re, ſine eius corruptione. verum hæ atque ſimiles dubitationes, mea
quidem ſententia, non aliunde ortum habent, quam ex ignoratio-
ne eorum ſubiectorum quæ ſunt ſingulis accidentibus propria ac pe

Obiectio contra ſecundã accidẽtis deſcriptionem.

culiaria. quare ſi quiſpiam rectè aſſignet horum ſubiecta, protinus
auferet omnem dubitandi anſam & occaſionem. Et quidem ſi ad
uertamus animum, comperiemus caluicij ſubiectũ eſſe caput, quod
poſt defluxum capillorum, permanet incolume. aut quod probabi-

Subiectũ caluitij.

lius mihi videtur caluicium priuantiam ſignificat non affirmatio-
nẽ: in præſentia verò ſermo eſt de poſitiuis accidẽtibus. non de pri

Primo modo.

uatiuis, quorum ſubſtantia in eo poſita eſt vt ſubiectum adimat
v.g. cæcum Eſſe & caluum eſſe. Calor quoque & frigus et reliqua

Secundo modo.

horum ſimilia accidentia non ſunt nacta ſortitaque ſubiectum,
animal, quod calore aut frigore interit, ſed in animalis corpore ſub-

Subiectũ caloris & frigoris.

ſiſtunt, quod ex analogia licet intelligere. Nam calor & frigus ita
videntur ſe habere in animali vt in cythara ſonus quemadmodũ au

Similitudine res explicatur.

tem ſonus, qui eſt repercuſſio aeris, ex colliſione duorum corporũ
durorum, non eſt ſitus in harmonia, ſed in fidibus, ita quoq; calor
& frigus, nõ ſunt in animali vt in ſubiecto, id eſt in harmonia &
concentu quatuor primarum qualitatum. qua conſtant viuuntque

Ratio.

animalia. Sed in corpore animalis. cuius quidẽ ratio eſt, quòd acti-
uæ qua-

uæ qualitates, cum conſequantur corpora, tantum ab eo ſuſcipiun-
tur, quod eſt ex cõtrarijs concretum atque compoſitum. Ergo cum
corpus conſtitutum ſit ex quatuor primis. qualitatibus, calore, fri-
gore, humore, & ſiccitate, in eo ſolum exiſtunt huiuſmodi qualita
tes. hinc enim fit vt corpus varijs curationibus opus habeat quod cõ
trarijs afficiatur qualitatibus inter quas cum natura inſit pugnã at
que cõtentio neceſſe eſt aliquando, alterã ab altera ſuperari atque
etiã concinitudinem & tẽperamentũ corporis diſſolui. Si enim hu

Hypocrates lib. de humana natura.

manum corpus, vna tantũ qualitate conſlatum eſſet vt Hypocra-
tes refert de humana natura diſſerens, aut nunquã in morbũ pro-
laberetur aut prolapſo vnica tantum eſſet adhibẽda curatio. Sed
vt in eadem analogia perſtemus ſicut ſoluta harmonia, adhuc ne-
ceſſe eſt, cytharæ ſonum manere. ita quoque cũ cõmemorata acci-
dentia in animalis corpore ſubſiſtant, etiam ſi cõcẽtus ille quatuor
primarum qualitatum diſſ oluatur, in quo poſita eſt vita animalis,
durat nihilominus accidens. nondum enim corruptũ eſt corpus, in
quo tanquam in ſubiecto ſunt accidentia, Quare cũ ſubſiſtant in
corpore accidẽtia, quod corrupto quoq; animali perſtat in natura,
nihil prorſus abſurdi cõficitur aduerſus accidentis deſcriptionẽ. con
ficeretur tamẽ ſi concinitatẽ accidentium ſubiectũ eſſe concedere
mus. Hoc autem nemo cũ ratione fatebitur. Nam ſequeretur quòd
idem ſeipſum corrumperet, cũ enim vnaqueque res ſuo in loco ex-
petat viuere, quia in eo conſeruatur, iſtæ qualitates, in elementis ap
petent exiſtere ex quibus deſumptæ ſunt, tanquã ex proprijs locis.
cum ex virtutib us quatuor elementorũ mixta conficiantur. quare
contendent omnẽ illã difficultatem ſuperare quæ impedimento eſt,
ne conſequantur, quod naturæ deſiderio concupiſcunt. atque ideo cũ
cõmemorata harmonia ſit veluti quidam nodus, quo virtutes ele-
mentorum retinentur in mixtis, ſummo ſtudio laborabunt illam,
diſſoluere, corrupto autẽ ſubiecto, neceſſe eſt etiã quæ in ſubiecto
ſunt accidentia corrumpi, quare accidentia ſibi perniciem inferent,
hoc verò cum natura maximè pugnat quæ ſingulis quibuſque rebus
appetitum indidit, ſe tuendi & conſeruandi. exiſtunt igitur in cor

pore

pore accidentia tanquam in ſubiecto, non autem in animali, aut in eo concentu, quo vita conſtat animalis. quod aduerſarius ſatis acutis argumentis nitebatur efficere. corpus verò adhuc perempto animali ſupereſt. Hæc dixiſſe ſit ſatis de quinque vocum natura, atque ſubſtantia iam ad communia properemus.

Caput ſextum de communibus & differentijs.

COmmune quidem eſt omnibus de pluribus prædicari quemadmodum dictum eſt.

In omnibus rebus tria expectare licet.
Subſtantia.
Commune.
Diſcrimē

POſtquam quinque vocum naturam, quātum aſſequi potuimus, ſumus perſecuti, de cōmunibus & differētijs earundem vocum diſſeramus. vt enim in quauis alia re tria conſiderare licet, ſubſtantiam, commune cum alijs & differentiam, ita quoque in quinque iſtis vocibus eadē ſpectantur, in primis in eiſdem eſt ſubſtātia, ideſt vniuſcuiuſque natura. deinde conuenientia. Nam cum rerum omnium vnum atque idem principium ſit, quæ ab eodem ortum habēt neceſſe eſt cōuenire cū alijs. & cū fieri nō poſsit, vt quæ multa ſunt qua ſunt multa. inuicem non differant, vbi eſt enim multitudo, ibi eſt quoque diſtinctio diſcrimen proculdubio in eiſdem ſpectare licet. hucuſque de natura & ſubſtantia harum quinque vocum, habitus ſermo eſt, iam vt methodi ratio poſtulat de communibus & differentijs earundem diſſeramus ob id maximè, quòd vt Ariſtoteles cap. vltimo primi lib. topicorum docet ex conſideratione ſimilium ac differentiarum multæ magnæq; vtilitates capiuntur, ad cognoſcendum quid eſt vnū quodque. quoniam verò Porphyrius vberius quam par eſſet atque fuſius communia & differentias perſequitur, conabor pro viribus, vbertatem eius orationis depaſcere, in ſummam redigens & compendium, quæ tam multis verbis ab eodem diſputata ſunt ob id maximè quod magna horum pars vſque adeo perſpicua eſt, vt interpretis opera minimè indigeat nam quæ in ſingularum vocum ſermonibus, arctius dicta ſunt, in præſenti fuſius

Commune quinq; vocum.

ſius repetuntur. quare ſatis eſſe putabo rerū ac ſententiarum ſumma veluti capita perſequi. principio igitur quinque voces, hoc nomine conueniunt, quòd ſingulæ de multis prædicantur, diſpari tamen ratione. Nam genus & differentia de formis, formarumq́ue indiuiduis dicuntur, vt animal de homine & brutis animantibus, præterea de ſingulis hominibus, ſingulis quoq; rationis expertibus, ſpecies de indiuiduis ſub ſe contentis. vt homo de particularibus hominibus, proprium de ſpecie cuius proprium eſt, & de eiuſdem ſpeciei indiuiduis. nam aptum ad ridendum de homine prædicatur & de ſingulis hominibus. accidentium verò cum ſint duo genera, quod ita ineſt rei vt ab ea ſeparari non poſsit, de ea ipſa prædicatur in qua fixum eſt. ac de eiuſdem indiuiduis. vt nigrū de coruo & ethiope, atque horum ſingulis. quod autem ſeparari poteſt accidens de corpore & de contentis ſub corpore, vt album nigrum. meminiſſe tamē cōuenit, genus de ſpecie, proximè nulloq́ue medio interiecto predicari, de indiuiduis verò ſecundum ſpeciem. Animal enim, vt exēplo rem doceam, nullo interiecto medio de homine dicitur, de Socrate autem & Platone, ſecundum hominem. Nam quia animal de homine dicitur & de Socrate homo. animal prædicatur de Socrate. Hactenus de conuenientia & differentia in commune dictum ſit, nunc de eadem re peculiarius diſſeramus. Hoc vt expediri poſsit facilius primo definiendum eſt, quot modis inuicem conferri poſsint de quibus in præſentia ſermo eſt, quinque voces. ad quam rē ſanè documentū præſtat Porphyrius hoc loco nō præſenti modo negotio frugiferum ſed multis quoque alijs intelligendis locis doctrinæ peripateticæ accommodatum. præceptum verò tale eſt, qui cognoſcere cupit quot modis contingat res, quotquot illæ fuerint mutuo comparari, huic quidem aſſumendus eſt rerum earum numerus in quibus eſt controuerſia, hunc ducet per alium numerum vno minorem & ſumet deinde medium eius numeri qui ex comparatione effectus eſt. & tot exiſtent comparationes conuenientiæ & diſcriminis rerū earū, quot vnitatibus conſtiterit numerus, qui pri⁹ effecti medietas eſt. Placet enim hoc nomine interim vti, cū

Documētum aptū ad cognoſcendum quot modis poſsit quinque voces cōparari.

eo vtatur aliquando latini ſermonis princeps Cicero, neque habeat
latinus ſermo, ſi eidem credimus aliud quod in huius locũ aptè ſuf-
ficiat. Exhibitum verò documentum exemplo ſic expones. voces de
quibus in præſenti agimus quinque ſunt, has ſi multiplicemus per
quaternarium numerum, vigenarius numerus procreabitur. Cuius
quia medietas eſt denarius decem tantum modis quinque voces cõ
parabuntur. Nam cum quælibet vox cum reliquis conferri debeat,
quinarium numerũ per quaternarium ducere oportet. ex cuius du-
ctu procreatur vigenarius. Sed quia dum hoc modo fit comparatio
bis ſingulæ voces comparantur, auferẽda eſt medietas procreati nu
meri, eritque reliquus denarius. Quòd autem bis ſingulæ compara-
tiones fiant, quod eſt à nobis dictũ, hinc conſtat. Nam ſi genus ad
quatuor voces compares eaſdem quoque ad genus contuliſſe exiſti-
mare debes. quòd ſi iterum eas voces generi compares, comparatio
bis facta erit. & pari ratione in alijs. Neceſſe eſt ergo qui peccare
non vult numeri prius effecti medietatẽ adimere. Decem ergo ſo-
lum exiſtunt comparationes iſtarum quinque vocum. Quod ea etiã
ratione probatur ſi genus quatuor alijs vocibus conferatur quatuor
relationes exiſtunt, deinde differentia tres faciet, nam cum eidem
prius genus contulerimus, ipſa non debet rurſum generi compara-
ri, erunt itaque ſeptem relationes. Species præterea habitudinẽ &
reſpectum habet ad proprium & accidens tantum. Nam genus &
differentiam cõparaueramus prius ad ſpeciem. Poſtremo propriũ
cum ad genus differentiam atque ſpeciem ſit comparatum, dũ hæc
ipſa conferrentur ad proprium, ſolum ad accidens referetur. Acci-
dens verò ad nullã prædictarum vocum habet habitudinem ab ea
diuerſam, quam quatuor voces ad accidens habere dictum eſt.
Idem rurſus ita mõſtratur, ſi ſumptis quibuſcũque numeris alij ad
dãtur ex vtrorumque ad inuicem collatione, tot exiſtunt compara
tiones, quot vnitates adiecerimus numero antecedenti, ſed tantum
conficiuntur decem relationes, decem ergo modis conferri poſſunt,
quinque voces. Ratiocinatio hæc legitima eſt; & propoſiti prior
pars ex Arithmetica conſtat poſteriorem verò exemplis oſtendo.

Medietas. Cicero.

Res exẽplo declaratur.

Decem tãtum modis cõparãtur qn que iſtæ voces inter ſe.

Alia ratio.

Vnitas quidem principium numeri cum ſit ſibi comparari non po-
teſt, ſi eidem vnitatem addideris, confecto binario vna exurgit cõ-
paratio vnitatis ad vnitatem, quòd ſi binario tertiam vnitatem ad
das duplicẽ efficies comparationem ad priores vnitates. qui priori
adiectæ ternarium conficient. his ſi addideris quartam, tres aliæ re
lationes conficiuntur, quæ iunctis prioribus reddunt ſenarium. de-
mum ſi quintam addas quatuor prioribus, quatuor quoque compa-
rationes fient, quæ cum ſex prioribus complent denarium. & cum
nulla amplius reſtet comparatio, liquidò conſtat, quinque voces de
cem tantum conferri modis. quos in præſentia Porphyrius lõgo ſer
mone moleſtaque ſatis oratione perſequitur, atque à generis com-
paratione auſpicatus, inquit quadrifariam cum differentia genus
conuenire, primum quia vtrumque ſpecies complectitur. Nam vt
genus continet eas ſpecies in quas diuiditur per differentias ſic quo
que differentia. rationale enim licet non contineat, quæ ſunt ratio
nis expertia, continet hominem & Deum (inquit Porphyrius) quæ
ſunt ſpecies, non quidem ſub rationis compote contentæ, tanquam
ſub genere, ſed tanquam ſuperiori quia particeps rationis de vtriſ-
que (vt oſtendimus in ſermone de differentia) prædicatur. Non eſt
autem genus hominis & Deorum. Nam homo & dij ſubſtãtiam
prædicant, rationale qualitatem ſignificat. fortaſſe autem differen
tia ſpecies continere dicitur quòd ſpeciẽ conſtituat quæ plures ſub
ſe alias ſpecies habet cum ſit intermedia non infima. Præterea vt
quæ prædicantur de genere, vt genus eſt, prædicãtur de his quæ ſunt
ſub genere contenta, ita que de differentia prædicantur, vt eſt diffe
rentia, prædicantur ſimiliter de ſpecie, quæ ex ea differentia fit. nã
vt de animali prædicantur animatum, corpus & ſubſtantia & de
his quæ ſunt ſub animali, ita etiam de rationali prædicatur vtens ra
tione, & de formis quæ rationali differentia conficiuntur, hæc au-
tem dicta ſunt à Porphyrio, ex ſententia Platonis. Nam Ariſtote
les neque cõcedit proprie vereque differentiã cõtineri differẽtia, cũ
ſit hoc ipſum generis & ſpeciei peculiare, quarto lib. topicorum. ne
que quidpiam prædicari de differẽtia, neque fateretur ratione vtẽs

Quo pacto genus cum differentia cõuenit.

Differentia non cõtinetur altera differentia.

communius eſſe rationali. Tertio conueniunt, quia vt ablato genere neceſſe eſt interimi Species atque indiuidua, ita quoque ſublata differentia, aufertur Species, cuius pars eſt differentia. & ſimiliter eius Speciei indiuidua, vt enim ſi non ſit animal neque homo eſt neque equus, quæ ſunt Species animalis, ita ſi non ſit rationale. nihil erit omnino quod vtatur ratione. Quarto confert vtrumque ad ſpeciei conſtitutionem. Nam Species fit ex genere & formarum efficientibus differentijs. poſtremo vtrúmque vniuoce de ſibi ſubiectis prædicatur. Eſt enim commune (ex capite de ſubſtantia) ſubſtãtijs ac differẽtijs vniuocè prædicari. differt autẽ genus ab alijs quatuor vocibus, quia de pluribus prædicatur, quã prædicetur vlla vocum reliquarũ. nã genus de omnibus formis dicitur. ſpecies de vna tantũ. differentia diuiſiua (nam de hac eſt ſermo in præſentia) inferior eſt genere, proprium de ſpecie cuius proprium eſt, accidens quoque de paucioribus dicitur quam genus. amplius genus poteſtate continet differentias, differẽtia minimè continet genus. præterea priora ſunt genera differentijs, quia differentiæ adueniunt generi, et ſi genera tollas differentias auferri neceſſe eſt, contra vero minimè contingit. ſublato enim animali auferuntur rationale & irrationale, differentiæ verò non ſimul auferũt genus. Nam etſi omnes interimãtur differentiæ quæ ſunt in animali poteſtate, ſubſtantia animata ſenſitiua ſupereſt, quæ eſt animal. rurſum genus prædicatur in eo quod quid eſt, differentia verò in eo quod quale quid eſt. Item genus vnũ eſt in omnibus ſuis formis ſuapte natura, vt animal in hominibus brutiſque animantibus, at differentiæ in diuerſis formis diuerſæ ſunt, vltimæ inquam. poſtremo genus conſimile eſt materiæ differentia formæ.

Diſcrimẽ gẽers iab alijs vocibus.

Cum ſpecie autẽ conuenit primo genus, quia vtrúmque de pluribus prædicatur. ſecũdo quia prius eſt quã id de quo prædicatur. Tertio quia totũ quoddam eſt. differunt tum quod genus continet ſpecies, ſpecies vero non continet genus, cum ſit inferior genere. tum etiam quia genus prius natura eſt Specie, cum ſpecies opus habeat genere. & ablato genere auferatur, non contra. Tertio genera vniuocè

Quo pacto genus cum Specie conueniat

Diſcrimẽ

uocè de formis prædicantur, ſpecies de generibus minimè. quarto genera ſuperant Speciem formarum continentiã. Species autem ſuperat genus differentia quã actu habet. Genus quoque nunquã fit infima Species, nec ſpecies infima, fit ſupremũ genus. cũ proprio genus conuenit, quia vtrũque ſpeciẽ conſequitur, & de illa dicitur genus vt ſuperius, propriũ, vt equale. deinde quia vtrumque prædicatur vniuoce de ſibi ſubiectis. differunt tamen quia genus prius eſt proprio, item quia genus de pluribus formis dicitur propriũ de vna tantum, hoc autem intelligendum eſt, eo modo quem in ſermone de proprio expreſſimus. Tertio proprium conuerſim prædicatur de ſpecie, genus minimè. Poſtremo ablatum proprium non aufert genus, ſi auferatur genus aufertur proprium. Cum accidẽti verò vno dumtaxat modo genus conuenit. per quam difficilè eſt enim inter eas res quæ diſtant maxime vllam conuenientiam reperire. atque hinc fit, vt inter genus, atque accidens vno tantum modo conueniat. hoc videlicet quòd vtrúmque de pluribus dicitur, ſiue accidens ſeparari poſſit ab ea re, in qua ſi tum eſt, ſiue non poſſit. Differunt autem non tantum quod genus eſt ſpecie prius, accidens eadem poſterius. Sed etiã quia õnia in quibus exiſtit genus æque ipſum ſuſcipiunt, cum non poſſit magis, aut minus ſuſcipere. Accidens verò, quia intenditur, & remittitur, nõ exiſtit in omnibus æqualiter. Tertio genera prædicantur in quid, accidens in quale, his ergo modis cõparari poteſt genus ad reliquas voces.

Quo modo genus cõueniat cum proprio.

Diſcrimẽ

Qua ratione genus cum accidenti cõueniat.

Diſcrimẽ

¶ *De conuenientia & diſcrimine differentiæ atq; aliarum vocum.*

QVoniam differentia ad genus comparata eſt, dum eidem genus contulimus in præſentia ſpeciei, proprio, atque accidenti conferri debeti. Conuenit quidem principio cum ſpecie, quia vtraque ſemper adeſt in his, quæ eiſdem participãt. Nam Socrates ſemper homo eſt, & rationis particeps. Secundo vtráque æque cõuenit ſub ſe contentis, differunt, quia differẽtia in quale quid prædicatur ſpecies in quid, nam ſi homo aliquando conſideretur vt quale quid, id ſanè

Communia.

Diſcrimẽ

id ſanè continget ſecundum differentiam. aut eo modo, quem expreſſimus in ſermone de ſubſtantia. Item differẽtia in pluribus formis reperitur, quam infima Species. prior quoque natura eſt, quã Species, cum ſit eius pars, & cum altera differẽtia componit ea ratione, quam ex opinione Platonis in oratione de differentia tetigimus. Species autem nequaquam.

Communia ſpeciei cum proprio.

Cum proprio verò conuenit, quia illa quibus vtrumque ineſt, æquam vtriuſque partem capiunt:

Diſcrimẽ

differunt quia differentia de multis formis dicitur, proprium de ea cuius eſt proprium. Deinde quia differentia non dicitur reciproce, de illo cuius eſt differentia, quod planè conſtat in differentia diuidente Proprium verò reciproca ratione dicitur. poſtremo cum accidenti ſeparabili hoc habet commune differentia, quod vtrumque plurium commune eſt, de quibus prædicatur, cum inſeparabili, quia vtrumque ſemper ineſt ſibi ſubiectis, differunt, quia differẽtia prior eſt Specie, accidens poſterius. Adde quòd differentia nec intentionem ſuſcipit, nec remiſſionem, Accidens verò intenditur & remittitur.

¶ *De conuenientia & differentia ſpeciei & proprij & accidentis.*

SPecies cum proprio conuenit, quia vtrúmque retro commeat, & conuerſim prædicatur. inſunt quoque æque ſibi ſubiectis.

Diſcrimẽ

differunt, quia ſpecies intermedia poteſt aliquorum eſſe genus, atque ita prædicari de pluribus formis. proprium minimè. ſecundo Species prius eſt quam proprium, nam proprium poſt fit in Specie. Tertio Species ſemper eſt actione in indiuiduis, proprium aliquando eſt ſolũ poteſtate. nã Socrates cũ nõ ſemper rideat, ſemper quidẽ actione eſt homo. Quarto, quia diuerſam habẽt finitionem.

Commune ſpeciei & accidẽtis.

Cum accidenti verò hoc nomine tantũ cõuenit, quod vtrũque de pluribus prædicatur, differt tamen ab eo, quod ſpecies in quid prædicatur. Accidens in quale.

Diſcrimẽ

Deinde quia cum ſingulæ res vnam tantum Speciem habeant, multa ſuſcipere poſſunt accidentia, tertio Species eſt prior

prior accidenti. Quarto æque conuenit omnibus in quibus adeſt, accidens minimè.

De conuenientia & diſcrimine proprij & accidentis.

Proprium atque accidens inſeparabile conueniunt, quod ea in quibus vtrumque exiſtit, eſſe reuera nõ poſſunt ſine proprio & accidenti. licet nihil vetet ſubſtantiam intelligi ſecluſis his.

Commune.

Differunt quod proprium vni tantum ſpeciei conuenit. inſeparabile verò accidens multis. Ab accidenti verò ſeparabili. quod cum proprium eiuſque ſpecies viciſſim retro comeent, & æqualiter reperiatur proprium in omnibus quæ ſub eo ſunt indiuiduis, quod ſeparari poteſt accidens nec viciſſim commeat, neque ineſt omnibus æqualiter.

Diſcrimẽ

habet tamen cum eo commune. de pluribus prædicari. tot ergo modis quinque voces & conueniunt & differunt. quos in compendium redigere ſtatuimus, ne tanta verborum molle lectorem obruemus.

¶ *Quos vſus ſuppeditet nobis quinq; iſtarum vocum cognitio.*

HActenus aliqua ex parte (quantum inquam mediocritas ingenij noſtri tulit) difficultatem hanc ſumus prætergreſſi. Eſt animus nunc pauca quædam prioribus adijcere, quæ & confirmabunt expoſita à nobis. & non leue (vt opinor) adferent adiumentũ his quæ de decem generibus & enunciatione dicturi ſumus. quæ quamquam procemij vice ab expoſitoribus quinque harum vocum narrari ſoleant, eo conſilio in hunc locum conieci, quod animaduerterem, hac ratione multò ſatius lectori me conſulturum.

Cur hoc loco de vſu quinq; vocũ diſſeramus.

Eſt enim nobis de vſu, qui ex iſtarum vocum cognitione capitur, nonnihil ad dẽdũ, his quæ in procemio à Porphyrio dicta ſunt præter hoc enim quòd quinque vocũ cognitio, ad prædicamentorũ doctrinã, diffiniendum, diuidendum. ac demonſtrandum conducit, quemadmodum teſtatur Porphyrius.

Primus vſus.

præbet nobis quinque communes locos, vnde ceu ex theſauro, ad diſputandum de re propoſita poſſimus capere argumenta. quia cum dialectica maximè in diſputando ſit

poſita

Quinq; loci cōmunes ex cognitione quinque vocum capiuntur.

Natura problematis aut queſtionis.

Secūdus vſus.

Tertius vſus.

Quartus vſus.

Quintus vſus.

poſita, vt in principio topicorum Ariſtoteles ſignificat profectò expedit habere velut in numerato locos: ex quibus ad diſceptationē eruantur argumenta. Traduntur igitur nobis à Porphyrio in præſentia quinque cōmunes voces, genus differentia, ſpecies, proprium atque accidens, hoc eſt quinque loci cōmunes. Nā omne problema aut generis eſt, vt vtrum virtutes ſint ſcientiæ, aut ſpeciei, vt nunquid pigmei ſint homines, aut differentiæ vt vtrū demones ſint rationis participes, aut proprij, Vt ſit ne aptum natū ſentire propriū animalis, aut accidentis, vt nunquid coloratum, albo accidat. quas voces capite quarto primi topicorum Ariſtoteles ſub quatuor prædicatis complexus eſt, genere proprio, diffinitione, atque accidenti. iſtorum enim idem momentum eſt, & vis eadē quæ quinque vocū. omnis enim quæſtio ab aliquo quatuor prædicatorū ſimiliter ducitur. cum ergo conſtet aperte magnam ex hac re capi poſſe vtilitatē adnitēdū nobis eſt incognitione iſtarum vocum ſtrenue laborare ita. n. prōptiores efficiemur ad ea capeſſenda quæ de his ipſis vberrimè diſputātur in topicis. Ad hæc, quinque vocū cognitio maximè proficua eſt, ad indicandam naturam propoſitionū. & diſtinguendam veram à falſa, neceſſariam à contingenti. Nam quædā neceſſario vinculo alijs copulata ſunt, alia diſſolubili vt accidens. tertio. ad rationem inueniendi medium. Iuuet enim Ariſtoteles libro. I. priorum habitudinem harum vocū ſpectare. Rurſus ad omnium ſcientiarum methodum. Nam in omni arte & methodica conſtitutione ordo eſt vocum inter ſe cognatarum quarū aliæ alijs veluti naturali vinculo adhærent. aliæ non item. quā rem harum vocū cognitio cōpendio ſuppeditat. Eſt demum alius vſus fructuſque ſtudij huius lōge mea ſentētia vberrimus. quòd qui iſtarū vocū notitia exactè inſtructus ſit facilè poſsit intelligere eā quæ inter eaſdē voces exiſtit, habitudinē. Quā rē ſi ſatis perſpexerimus, quo pactò cōponere, ac diuidere oporteat Cōpertū habebimus. Neq;. n. citra delectū vt quibuſdā placet, voces cōferri debēt, atq; cōponi inter ſe. quinimo ſi ſecundū artis præcepta velimus diſputare maximā harū vocum debemus habere rationē. Cuius rei Porphyrius haud immemor generis, atque ſpeciei explanata natura, qua ratione ad diſputationē, dialecticam pertinerent, etiam ſcrupuloſe retulit, ne hac vtilitate,

De prædicatiōe ſermo.

Prædicatio.

Idētica.

Obliqua

Porphyrius.

Ariſtoteles.

Prædicatio præter naturam.

quæ maxima eſt, lectorem defraudaret. Verum quia idem auctor quarundam ex his vocum habitudinem prætergreſſus eſt de eadem re pauca mihi læuiter attingenda ſunt, vt quod à Porphyrio eſt prætermiſſum, id ego ab Ariſtotele accipiens Porphirio adijciam. Ne tamen neotericorum vitio cuipiā laborare videar qui de prædicatione ſine vllo delectu atque etiā ſine mente diſſeruerūt ſumma tantū rerū capita perſequar. Et Ariſtotelē conabor qua parte poſsim explanare. Igitur vt iam hinc auſpicemur, Prædicatio re & ſubiecto cū propoſitione idē eſt, ſed vt varijs in locis varia quoque eiſdē rebus induntur nomina, ita quod, in libris de priori & poſteriori reſolutione propoſitio dicitur, in præſenti prædicatio appelletur. quòd in ea aliquid de alterò prædicetur. quāquam ſi latinè loquendū eſt. potius appellabitur attributio quàm prædicatio quia vnū alteri tribuimus cū ita loquimur. huic duæ inſunt voces, quæ prædicatur & de qua altera prædicatur. inter quas neceſſariū eſt exiſtere quandam habitudinem. Si debet ea prædicatio ad aliquam diſciplinam pertinere. duo verò ſunt prædicationum genera, quædam doctrinales vocātur aliæ vero non doctrinales, iſtæ ſic appellatæ ſunt quòd nullum vſum adferāt diſciplinis aut ſcientijs cōparādis quarū rerū cauſa philoſophi prædicationes excogitauerunt. Tales ſūt idēticæ appellatæ vt homo eſt homo, equus eſt equus. Per ſimiles ſunt his, quas nos obliquas vulgo indirectas nominant, & ſūt illæ in quibus inferius de ſuperiori prædicatur. vt animal eſt homo. aut in quibus equale de quali modò ſpecies prædicetur de proprio, vt riſibile eſt homo hinnibile eſt equus. aut ſpecies de differētia vt particeps rationis eſt homo, aut in quibus accidēs de accidēti, ad quod nullam habet relationem vt album eſt ſimum. & ſimum eſt album. nam quæ ſunt huiuſmodi in cap. de ſpecie negat Porphyrius inter prædicationes eſſe referēdas, ſolumq; his prædicationis nomē tribuit, in quibus aut ſuperius de inferiori, aut equū de equo ſibi ſubiecto dicitur. vt homo eſt animal, homo eſt ſuſceptiuus diſciplinæ. In qua ſentētia multò ante Porphyrium fuit Ariſtoteles, qui decimo octauo cap. primi libri poſt. eaſdem (quas ibidem appellat præter naturam) à ratione prædicationum excludit. nec temere id inditum eſt illis nomen. præter naturam enim eſt prædicari

accidens de accidenti, aut ſubſtantiam de accidenti quia neque accidens eſt ſubiectum accidentis, neque ſubſtantia accidenti ineſt, quod ſentire videntur hi. qui prædicationes inordinatas, aut obliquas, aut præter naturam ſimpliciter prædicationes vocãt. Doctrinalis verò prædicatio quòd ad doctrinã pertineat, ſic appellata eſt: nam id genus prædicationibus philoſophi ſolent, rerum veritatem eruere ratiocinando. Doctrinalis autem prædicatio duplici genere continetur, altera quidem eſſentialis eſt, vt eleganter docet Philoponus commento nonageſimo tertio primi poſter. Altera accidentaria. eſſentialis dicatur ea in qua quod prædicatur, aliquo modo ad definitionem ſubiecti pertinet. Cuius duæ ſunt partes. altera appellatur quidditatiua, altera ſimpliciter eſſentialis (nam quia ſpeciei nomen poſitum non eſt, nil impedit, cur non exprimatur appellatione generis) ſpecies. aut ſi id non placet, dicatur per negationem prioris non quidditatiua. Quidditatiua autem ſeptimo cap. primi topicorum definitur ab Ariſtotele, in qua idem de eodem prædicatur, aut genus de hoc, ideſt in qua definitio de definito prædicatur vt homo eſt animal rationis particeps: aut in qua genus dicitur de ſpecie, vt homo eſt animal. Nã genus de ſpecie in eò quod quid eſt prædicari oſtenſum eſt prius. Eſſentialis non quiditatiua ſit ea in qua de ſpecie dicitur differentia. Nam tametſi differentia, ad ſpeciei eſſentiam atque ſubſtantiã pertineat, cum ſit eius altera pars, quia de ea prædicatur in eo quod quale quid, quiditatiue prædicari non dicitur. Accidentariæ duæ ſunt partes, altera per ſe, per accidens altera, at quod per ſe eſt bifariam vſurpatur. Nam aut repugnat illi quod eſt per accidens, & eo intellectu eſt alterum membrum. accidentariæ prædicationis, aut conuertitur, cum ordinato. Si primo modo capiatur per ſe, illa prædicatio per ſe dicetur ex. XV cap. primi poſteriorum, in qua accidens de ſubiecto dicitur, vt homo eſt albus, lignum eſt tricubitum, quæ alio quoque nomine appellatur ſecundum naturam. Nam cum accidens in ſubſtãtia exiſtat, rerum naturæ maximè conſentaneum eſt. de ſubſtantia prædicari. Vocat etiam Ariſtoteles prædicationem per ſe, in qua ſubiectum

eſt cauſa

Doctrinalis prædicatio.
Duplex prædicatio.
Subſtantialis prædicatio q̃d ſit.
Hæc eſt duplex.
Quiditatiua quid ſit.
Nõ quiditatiua.
Accidentaria attributio.
Per ſe.
Attributio ſecundum naturam.

Eſt cauſa prædicati, vt ædificator ædificat. iugulatum interijt. Cuius vſus tam late patet, vt eſt à nobis in expoſitione librorum de poſteriori reſolutione, admonitum, vt ſe per omnia diſciplinarum genera diffundat. Per accidens autem prædicatio, vt Paulo ante tetigimus. illa eſt referente Ariſtotele, inqua aut ſubiectum de accidẽti dicitur, vt album eſt homo, aut accidens de accidenti, modo alterum non ſit ſub altero collocatum. Nam ſi contingat alterum contineri ſub alterò prædicatio ſecundum accidens non erit. Sed cuiuſpiam alterius naturæ. vt albor eſt color. hæc enim ſubſtantialis eſt in qua genus de ſua ſpecie dicitur. Illa quoque ſecundum accidens prædicatio eſt, in qua diuerſa eſt ratio prædicati, à ſubiecti ratione quæ ob id ſuperiori repugnat, vt me ambulante corruſcauit. & qui laqueum collo nectebat, reperit aurum. Nam neque me ambulare extitit cauſa cur corruſcaret neque collo laqueum nectere, cur reperiretur aurum, ſed accidit vtrumque. Has verò Ariſtoteles non reijcit à numero prædicationum, quòd non ſint verę. cõtingit enim nonnunquam veras eſſe, ſed à negotio doctrinæ alienæ exiſtimantur, quoniam eorum quæ accidunt ſcientia non eſt. Quod ſi prædicatio per ſe, cum ordinata. conuertatur prædicatione in qua prædicabile, de legitimo proprioque ſubicibili dicitur, in quinque genera diſtribuitur, in prædicationem inquam generis ſpeciei differẽtiæ, proprij atque accidentis. quarum ſingulæ nomen accipiunt ex habitudine prædicati ad ſubiectũ. Eſt ergo prædicatio generis ea in qua genus de ſpecie dicitur, vt iuſtitia eſt virtus. Nam ſpecies ſubicitur generi immediate & proximè. ſpeciei, in qua ſpecies de indiuiduis, vt Socrates eſt homo, quia ſpecies de pluribus numero differentibus prædicatur. Differentiæ in qua differentia de ſpecie. cuius eſt differẽtia dicitur. Proprij inqua propriũ de ſpecie, cuius eſt, vt homo eſt ſuſceptiuus diſciplinæ. Accidentis verò in qua vt Topicorum libro ſecundo inquit Ariſtoteles aliquid de alterò de nominatiue prædicatur. Huic opponitur quæ inordinata prædicatio vocatur, in qua quod ſubici natum erat, de prædicato dicitur. Quæ eſt quoque quincuplex, generis, differentiæ, ſpeciei, proprij atque accidentis, quarũ

O prædica-

attributio per accidens.
Cur iſtæ nõ ſint verè attributiones.
Prædicatio per ſe quinque habet partes.
Generis prędicatio.
Speciei.
Differentię.
Accidentis.
In ordinata & per accidens attributio quincuplex.

prædicationum exempla facilè habebit is, qui ordinatas. quas recenſuimus, inuerterit: & hæc de prædicandi ratione dixiſſe ſufficiat, ſimulque de quinque Porphyrianis vocibus. Nam cætera omnia, aut ſunt ab hoc negocio aliena, aut neotericorum comenta ſunt, nos verò quæ diximus conati ſumus corroborare Ariſtotelis ſententia deo duce atque Auſpice deo.

¶ Finis.

¶ Ad lectorem.

HAbes christiane lector, librũ vſui apprimè neceſſariũ, tamen vt taceã imperfectas periodos ſucciſſas, & in pũctorũ diſtinctione multiplices defect⁹, finitos. inuerſionemq́ literarum, abundant ſępe literæ, deſiderantur ſępe. ortographia plurimis vitijs ſuccumbit, & præpoſitiones caſualibus copulãtur interdum. Præter hec, quæ te remorari poſſent, ſunt. quæ ſequuntur.

Foliũ.	*Pagina.*	*Linea.*	
1	2	32	*Vrebia. lege. breuia.*
2	1	30	*cate. lege. cute.*
3	1	31	*lege ex ſchola Platonis Plotinum.*
9	1	9	*acti. lege. arcti.*
12	1	14	*ſoli. lege. ſolui.*
16	2	32	*has. lege. hæ.*
16	2	33	*abundat. qui.*
27	2	6	*verùm. lege. verò.*
ibidem		7	*perſuadunt. lege. perſuadent.*
28	2	21	*propoſitio. lege. propoſito.*
33	2	22	*voca. lege. vocat.*
40	1	16	*vtriuſq́. lege. vtriſq́.*
52	1	11	*accipiatur, quia. lege. accipiaturque.*
52	2	18	*vocans. lege vacans.*
63	1	29	*particula, res. lege. particulares.*
69	2	19	*XXX. lege. tertio cap.*
87	2	15	*XII. lege. ſecundo.*

Græca fermè omnia deprauata ſunt.

Riuius Portauguſtanus, Peripateticae artis vindici, Cardillo Villalpandeo, fœliciter progredi.

PErlegeram totam Ariſtotelis Philoſophiam, quum cõmentaria tua, in Porphyrij Iſagôgen, ad me ſunt delata. Quæ etſi curſim, mira tamen delectatione legi. Idque vnum vitio dandum cenſui, quòd commentaria in Porphyrium inſcripſeris, cum tuus iſte liber, Iſagoge in omnem Philoſophiæ rationem, iure optimo, dici debeat. Nec quidem mihi hoc arrogo (qui nuper è -udimentis exceſſerim) vt iudium de re tã egregia feram, at quod certo ſcio omnium ore probandum, citra notam licet præfari, Carptim igitur indiees comparaui, qui, niſi temporis iniquitas prohiberet, in volumen meritò prodirent. Si exacta iuquam res conficienda foret, nullum eſt verbum toto libro, quod ab indice excluderemus. Id enim expectata ſatis tua facundia promittit, id tuum hoc ingenium, vt & prouectis, nedum tuis tironibus, ſacros (vt olim decantauimus) Sophiæ poſsis recludere fontes. Prætermiſimus conſulto opinionum confutationes, nouas tuas, vt fulgentia Sydera inter barbaros caligines, ſententias, & quæ exagitãdis qnæſtionibus fœlici ingenio aggeſsiſti. Id enim excerpi debere ſum ratus, quo iſtorũ capita ſint præſto. Prætermiſi etiam quæ textus explicationi debentur, ſatis quidem hæc indicant aotæ in marginibus excerptæ. Reſtat, vt qui ad ſacra Philoſophiæ ædi tuũ ægeris, ad Vraniæ myſteria initiatos introferas. Vale, & nos ama, atque exacto ordini, in indice, veniam tribue, anguſtia quidem temporis faceſsit negocium. rurſus vale.

¶Index in Cardilij commentaria, in Porphyrium in quo prior numerus indicat folium, alter paginam, p. principium. m. medium. f. finem paginę.

A

Ariſtotelis de logica iudiciũ.4.2.m
Ariſtotelis ſcripta triplicia ſunt.4.2.f.
Auſcultoria triplitia ſunt.5.2.m.
Actiua commentaria triplicia.6.1.m.
Anima duobus modis coniuncta corpori 8.1.p.
Ars duplex eſt docens & vtens. 9.1.f.
A facilioribus & notiorib⁹ eſſe incipiẽ dũ, quomõ intelligitur.12.1.p.24.2.p.
Artis finitio.15.2.m.
Ariſtotelis ordo in tradenda dialectica 17.2.m.
Ars quando imitatur naturam.18.1.f.
Autoris interpretandi ratio. 20.2.f.
Accidens vnde oriatur.38.1.f.
Animalia Petris affixa.55.1.m.
Analogia explicatur.58.1.m.
Aequiuoca triplici genere continentur 58.2.p.
Aliud facere.69.1.m.
Accidẽtiũ inſeparabiliũ natura.69.1.f
Actus potentia eſt prior.77.1.p.
Accidentia conferunt cognitioni ſubſtã tiæ.80.2.p.
Aſini finitio.80.2.p.
Angeli rationales non ſunt.82.1.p.
Accidens tribus modis dicitur.88.2.p.

C

Cynici philoſophi.2.1.p.
Commentaria.5.1.p.
Commentaria duplicia ſunt,5.1.p.
Compendium quid ſit.20.1.p.
Cæſius color.68.2.m.
Contraria quæ ſunt.74.2.m.
Contraria ſimul inſunt alicui proprieta ti.75.1.m.
Contraria ſimul in anima eſſe non poſ= ſunt.77.2.m.
Conceptus generis & ſpeciei vnde ſu= mantur.82.2.f.

D

Demonſtratio inſtrumentum eſt.6.2.p.
Dialectici & rhetoris affinitas. 6. 2.f.
Dialectica inter philoſophiæ inſtrumen ta eſt collocanda.7.1.p.8.2.f.
Dialectici minus.7.1.m.
Dialectica propter demonſtrationem eſt inuenta.7.2.m.
Dialecticæ materia.8.1.f.
Dialectica perfectio eſt animi.8.2.f.
Dialectica per ſe conſiderata inſtrumen tum eſt, rebus verò coniuncta philo- ſophia pars eſt.9.1.f.
Dialectica apud Platonẽ.vij.de rep.me taphyſicam non ſignificat.12.1.f.
Dialecticæ.logicæ.& Rhetoricæ diſcri men.13.1.m.
Dialectica & logica perfecta facultas eſt.13.2.m.
Dialecticæ partes.13.2.m.
Dialecticæ munus.13.2 f.
Dialecticæ partium ordo.22.1.m.
Definibile.23.2.m.
Demonſtratio propter quid.22.2.p.
Diuidendi ratio.22.2.f.
Definitionis conſtitutio.23.2.m.33.1.f.
Definitio vera.35.1.f.
Definitiones & deſcriptiones rerũ con ceptionibus aſsignatur.36.1.m.
Diuerſum quot modis dicitur. 37.1.p.
Definitionis natura.39.2.m.
Definitionis & deſcriptionis differen= tia.40.1.m.
Dij quadruplices.55.1.f.
Dialecticus duplex.62.1.m.
Definitũ quinq; vocũ quod ſit.64.1.m.
Differunt omnia tripliciter.68.1.f.
Differentia triplex.68.2.f.
Differentię cognitio admodum confert. 69.1.p.
Diuiſum diuiſionis differentiæ quòd ſit 69.2.f.
Differentiarum per ſe eadem ratio non eſt.70.2.p.
Diſciplinæ ſuſceptiuum quomodo dici- tur differentia per ſe.70.2.m.
Differẽtia per ſe nõ omnino facit aliud. 70.2.f.
Differẽtiæ p ſe raro inueniũtur.71.1.m.
Differẽtia per ſe non ſuſcipit magis nec minus.71.1.f.
Differentijs ſimpliciter non alteramur. 71.2.m.
Differentias & cõſtitutiuas & diuiſi= uas non omnia ſimul habẽt.72.1.f.
Differentia omnis conſtitutiua pariter & diuiſiua eſt.72.2.f.
Differentiæ vſus.73.1.f.83 1.f.
Differentiarum deſcriptiones cur tot ad duxit Porphyrius.73.2.f.
Differentiæ deſcriptio dialecticæ maxi mè commoda.79.2 f.
Differentiã eſſe qualitatẽ analogia mõ ſtratur.79.1.f.
Differentias corporis impedimento non cognoſcimus.80.1.f.
Differentię nobis notæ exprimuntur. 80.2.m.
Differentiæ priuatiuæ verè differentiæ non ſunt.80.2.m.
Differẽtias quomodo fingamus.80.2.f.
Differentiarum propria.82.2.p.
Differentiæ definitionum diſcrimen. 82.2.m.
Differentia nõ participat gen⁹.83.1.m.
Deceptio propter ſimilitudinem contin git.86.2.p.

E

Expoſitorum munus.1.1.m.
Epicurei philoſophi.2.1.m.
Ethicæ vſus.10.1.m.
Ens analogum non eſt.58.1.m.
Entis diuiſio in decem genera.58.1.f.
Ens medio modo dici quid ſit.58.2.m.
Exemplorum vſus.63.1.f.

F

Figura quid ſit. 49.2.p.

G

Generis vſus.31.1.m. 43.2.p.
Generis tres priores, ſignificatiões ſunt non deſcriptiones 33.1.f.
Genus dialecticũ continet multitudinẽ formarum.33.2.p.
Genus denominatiue nõ dicitur de ſuis ſpeciebus.43.1.p.
Genus omne vnã aliquã naturã ſignifi- cat.43.1.m.
Gen⁹ differẽtijs p ſe diuiditur. 43.2.p.
Genus de quibus differentibus nume- ro prædicetur.54.1.m.
Genus ſpeciẽ participare qd ſit.57.2.p.
Genus non diuiditur in differentias. 60.2.p.73.1.p.
Genus æqualiter participant ſpecies. 73.1.m.
Genus differentia, ſpecies analogia de- clarantur.73.2.p.
Genus ab ſpecie quomodo per differen= tiam ſuperetur.74.2.m.
Generis et differẽtiæ diſcrimẽ.79.1.m
Genus & ſpecies ab inferioribus dicũ-

tur prædicabilia.52.1.m.

H

Habitus quid ſit.51.1.m.
Hiſtoriæ conferunt diſciplinis.56.1.m.

I

Inſtrumẽtaria ſcripta triplicia.6.2.m.
Inſtrumenta ab artibus orta.6.1.p.
Idæa.77.1 m.
Ignoratione nil ſubtilius.26.1.p.
Intellectus facit vniuerſalitatem in rebus.36.1.m.
Idem quotupliciter dicatur.36.2.p.
Indiuidua reijciuntur à ſcientia 37.2.f 60.1.m.
Indiuiduum accidentium collectione cõſtat.38.1.m.
Indiuiduorũ genus eſt vt ſpeciei.51.2.f.
Iupiter rerum omnium autor apud clementem.56.1.f.
Intentiones exprimuntur.59.1.f.
Intentiones in alijs etiam habentur diſciplinis.59.2.p.
Indiuidua quomodo dicuntur infinita.59.2.p.
Infinitum multitudine & magnitudine.59.2.f.
Indiuidua ex ſuppoſitione, ad ſpeciem ſunt referenda.61.2.f.
Indiuiduorum tractatus cum à ſcientia reijciatur, quare ſit à Porphyrio illatus.61.2.f.
Indiuiduũ multis modis ſumitᷣ.62.1.f.
Indiuiduũ logicũ quadruplex.62.2.f.
Indiuiduum Phiſicum.63.1.m.
Iræ locus ex Platone.77.2.p.
Indiuiduo quomodo inſit ꝓpriũ.87.1.f.

L

Logicæ finitio.14.1.f.
Logica & dialectica citra vitium cõfunduntur.14.2.p.

M

Mathematica.6.1.p.10.2.m.
Medicina quid ſit.7.2.f.
Mors duplex.8.1.m.
Mortis commentatio quid ſit.8.1.m.
Methodus quam perſequuntur autores.18.1.f.
Materiæ (cuius analogia cognoſcitur genus) potentia.75.2.f.

N

Neceſſarij, vſus.24.1.p.
Notius nobis & naturà.32.2.m.
Nugatio.34.1.f.
Naturæ ingenium.35.1.f.

P

Philoſophorum genera.1.1.f.
Peripatetici philoſophi.2.2.f.
Philoſophorũ diuerſitas ex ſocrætis diſciplina.3.1.f.
Platonis autoritate Achademicũ & peripateticum philoſophandi genus inſtitutum.2.2.f.
Philoſophiæ partitio apud Stoicos.3.2.f.
Philoſophiæ Scopus.3.2.f.7.2.f.10.2.m
Platonis de logica iudicium.4.1.f.
Philoſophorũ mos in excerpendis aliorum ſententijs.5.1.f.
Philoſophiæ ſubiectum.7.2.f.
Problematis finitio elucidatur.8.2.p.
Plato ab incõſtãtiæ vitio eruitur.9.1.f.
Prædicabiliũ libri cauſa.19.1.f.
Prædicabilis & vniuerſalis diſcrimen.19.2.m.
Prædicabilium tituli expoſitio.19.2.f.
Prædicabiliũ vocũ vſus.21.1.m.61.1.p.
Prædicationes præter naturam.23 2.p.
Prædicabilium vocum ordo.24.2.p.
Pulchritudinis ratio.47.2.f.
Philoſophorũ vet⁹ mos definiẽdi.54.1.f
Præceptoris optimi mun⁹.25.1.m.31.1.f.
Platonis triplex vniuerſale 27.1.m. 37.1.m.
Prædicandi in qd diuerſa ratio,39.1.p.
Prædicandi in quale quid ratio vna eſt.39.1.m.
Prædicamentali ſerie ſubſtantiæ, quare ſit vſus Porphyrius.55.1.p.
Prædicationes explicantur.61.1.p.
Prædicatio indiuidui.62.2 p.
Proprietatum affectionum ve duo genera.63.1.m.
Propria ſingulorum.63.2.p.
Prædicationis ratione, locum ſortiũtur prędicabilia.68.1.p.
Propriũ qua parte cõtineatur.70.1.m.
Poteſtate exiſtere quid ſit.75.2.m.
Prædicari in quale dupliciter cõtingit.78.2.f.
Proprium per ſe duplex.83.1.p.
Proprij duæ partes.85.2.f.
Propriũ ab ſpeciei principijs dimanat.85.2.f.
Propria propenſionẽ ſignificãt.86.2.f.
Propriũ vnde oriatur.87.1.p.
Propriũ quadrupliciter accipitᷣ.84.1 p.

Q

Quale qd multis modis dicitur.81.1.f.

R

Rhetoricæ finitio.15.1.f.
Relatio quadrupliciter oritur.32.1.p.
Res eadem multis modis conſideratur.38.2.f.
Res duob⁹ modis intelligitur.36.1.m.
Relatio vnius ad aliud duplicitᷣ fit.51.1 p.
Relatiua ſimul, ſed non alterutrum cognoſcim⁹.51.1.f.
Rationale tripliciter dicitur.81.2.m.

S

Socrates philoſophiæ parens.3.1.p.
Sapientium hominum teſtimonium maximum habet pondus.4.2.m.
Sophiſtarum munus.6.2.f.
Simpliciter trifariã accipitur.30.1 f.
Speciei depẽdentia à genere.30.2.f.
Scriptoris munus.22.2.m.
Simpliciora capaciora ſunt.35.2.m.
Scientia quid ſit.37.2.f.
Species perfectionem indiuiduorũ continet.38 1.m.
Species.43.2 f.
Speciei oratoriæ vſus.47.2.m.
Speciei dialectica triplex.48.2.m.
Speciei deſcriptiones ex Cicerone, dilucidantur.53.2.p.
Speciei notio, dilucidatur.61.2.m.
Species nihil eſt ꝑter indiuidua.63.1.f.
Species pars cẽſetur & totum.64.1.p.
Speciei vſus.64.2.m.
Separabilia cogitatione.69.
Speciẽ abundare à genere.74.1.p.
Sẽſuũ vſus ad animæ cognitionẽ.80.2.p
Speciei eiuſdẽ plura eſſe poſſũt propria 87.1.p.

T

Theologiæ munus.6.e.f.
Thomæ æncomium.63.2.m.

V

Vtrũ dialectica, pars an potius philoſophiæ ſit inſtrumentum.3.2.m.
Vitia virtutum æmula.6.1.
Virtus quæ ſit.6.1.p.35.1.f.
Vtrum dialectica de rebus ſit an vocib⁹ 15.2.f
Veritas ex antiquitate eruitur.16.1.m
Vniuerſalia tria in duo primo reſoluuntur.25.2.p.
Vtrum ſint vniuerſalia.26.1.f.
Vniuerſale duplex.27.1.p.
Vtrum vniuerſalia corporata ſint.27.2.m.78.1.p.
Vtrũ generis deſcriptio ſit vera.34.2.m

Vniuerſale nõ eſt genus ad quinque voces.42.1.m.
Veritas non eſt diſsimulanda.39.2.p.
Vocum vniuerſalium, notiones, deſcriptiones ſunt non definitiones.40.2.f,
Vtrum notio Generis deſcriptio ſit an definitio.39.1.m.
Vocum ſignificandi ratio.39.1.p.
Voces in duplici ſunt differẽtia.37.1.f.
Vtrum quinque tantum ſint prædicabilia.37.1.f.
Vniuerſale ſimpliciter non eſt. 42.1.f.
Vtrum connotatiua genera ſint cẽſenda 42.2.m.
Vtrum triangulus ſpecies figuræ ſit. 49.1.p.
Vtrum relatiuum ſine correlatiuo definiri poſsit.49.2.f.
Vtrum genus vt vniuerſale eſt referatur ad ſpeciem ſolam.52.2.m.
Vſus nominũ quibus in dialectica vtimur.54.2.m.
Vtrum omnium prædicamentorũ vnum ſit genus.56.2.f.
Vniuerſale honorabilius ſingulari.76.2.f.
Vtrum proprium aliquãdo ſit ſubalternum.86.1.m.
Vtrum propria paſsio diſtingatur à ſubiecto.87.2.m.
Vtrum aliqua ſpecies exiſtere poſsit ſine proprio.87.2.m.

¶ *Legit & probauit doctor de la Vega theologiæ Compluti profeſſor. Et collega diui Illephonſi autoritate Vicarij Complutenſis.*

Compluti,
Ex officina Ioannis Brocarij.
1557.